

Blu
au
Media
Cleric
roul
toppr
oppa
sche

ARCHIVIO
ACM
3
1
160
SOMASCA

~~Albion Smith~~
~~and his wife~~

ad us. del M. N. P. d. Girolamo
Zandotra.

ARCHIVIO
ACM
31160
PADRI SOMASCHI

40







1665

49



D. HIERONYMVS RVBEVS

Præpositus Generalis Clericorum Regularium

Congregationis Somaschæ, Patribus , &

Fratribus eiusdem Congregationis ,

Quod benè cæptum est digno exitu consumare .

Luctuat animus , Dilectiss. in Domino ,
baretque in ancipi versans , quid illa si-
gnificet chrystallini maris aqua plani-
ties , quam diuino solio circumextensem
iacere vidit Ioannes ; Mare vitreum si-
mile chrystallo . Quid enim est , quod aqua
ad mitissima lucis radios , ac immensi luminis ardorem
obrigescunt , & cum summa liberalitatis symbolum mare
fluidos debuisset in amnes erumpere , cur pigra concretum
glacie auarè subsistit ? Scimus in altissimo throno præcel-
sam designari sedem , qua Vicariam in terris Numinis su-
stinet dignitatem , & hanc mare magnum circumstat , sed
immotum , seu quia Petri Naucula fluctibus agitari non
potest ; seu quia non debent aqua in tumorem attolli , quas
afflat aura Spiritus sancti . Verum quis vetat per aquas
ita consolidatas intelligi Gratiarum affluentiam , que
veluti mare magnum , solent è summo illo rerum huma-
narum fastigio promanare ? Sed ne fluxo temporis de-
cursu memoriam præterlabantur , appositè concrescunt in
vitrum , in quo velut in speculo collati in nos beneficij ima-
ginem iugiter liceat contemplari . Hoc sanè consilio mihi
visum est , Dilectiss. Bullas permultas , ac Priuilegia , qui-
bus Summi Pontifices , Congregationem nostram pro tem-
pore

pore ornarunt vestris oculis exhibere in unum collecta, ne
dispersa vñquam effluerent. Lux sparsa flamma est, qua
tantum collustrat; at eius radijs in chrystallo coactis solet
ignis accendi. Nimirum ad nouam subinde promeren-
dam Apostolic culminis gratiam inflammabimur. Erit
hoc ex mari illo vitreo veluti speculum, in quo videbitis
quanta Summis Pontificibus cura fuerit suscep[t]os à no-
bis provincea Domini labores singulari in dies benevolen-
tia & significatione promouere: Congregationis nostra lau-
dabilem originem, Dei oculis speciosam derelicta sobolis
curam, laboriosum educanda iuuentutis institutum, alia-
que ac Apostolic & charitatis officia nec impares progressus
egregie commendare, & benignissima largitate prouocare
ad maiora. Ex quo mira Diuine Prudentia disposi-
tione hoc mihi munus iniunctum est, & Generalis regimi-
nis onus benigne à vobis impositum, nihil antiquius ha-
bui, quam impensè curare, ut partum à Maioribus Con-
gregationis nostra decus, Domino adiuuante nihilo se-
gnius angerem. Et quia non parui momenti esse solet ad
extimulandos animos aliorum emulatio, opera pretium
duxi ea proponere, qua alij hactenus obtinuere, ut vos im-
posterum maior amere amini. Amate, Pignora mea, vo-
cationem vestram, cui Summi Pontifices fauere tantopere
studuerunt. Agnoscite mei erga vos summi amoris signi-
ficationem, qui hac proponens, potiora vobis exoptat: &
contendite, ut libellus hic in volumen excrescat. Deo po-
tissimum preces effundite, ut omnium votis hic demum
cumulus addatur Venerabilis Servi Dei Hieronymi Ae-
miliani Fundatoris nostri cultus, ad quem pleno gradu
contendimus. Quare sicut vobis accidere nihil incun-
dius, & optabilius potest; ita mihi nihil magis cura est,
hanc solam fœlicitatem optanti quam ut communi bac-
latitia gaudere possimus.

INDEX BVLLARVM

& Breuum, aliorumq. quæ hoc Libro continentur.

- P Auli Tertiij Bulla, Incipit, Ex iniuncto nobis, pag. 1
P ij Quarti Bulla, Incipit, Saluatoris, & Domini, p. 6
P ij Quinti Breue, Incipit, Romanus Pontifex, p. 15
Eiusdem Bulla, Incipit, Iniunctum Nobis, p. 18
*Jg. Mael.
deerna
geniva*
Gregorij XIII. Bulla, Incipit, Cupientes Ecclesias, p. 25 + errata
Eiusdem Bulla, Incipit, Sacri Apostolatus, p. S. Maile 28 numeri
Sixti Quinti Bulla, Incipit, Aequam reputamus, p. 36
Eiusdem Bulla, Incipit, Romanus Pontifex, p. 42
Clementis Octavi Bulla, Incipit, Decet, ex benignitate. 48
Eiusdem Bulla, Incipit, Romanus Pontifex debito, p. 57
Eiusdem Bulla, Incipit, Decet Romanum Pontificem, pag. 60
Eiusdem Bulla, Incipit, Cum sicut Nobis exponi, p. 62
Eiusdem Bulla, Incipit, Romanus Pontifex ex debito, pag. 65
Eiusdem Bulla, Incipit, Vbi primū, p. 72
Pauli Quinti Bulla, Incipit, Cum ad utilitates, p. 91
Eiusdem Bulla, Incipit, Ex quo diuina Maiestas, p. 106
Eiusdem Bulla, Incipit, His qua pro Congregationum, pag. 110
Eiusdem Bulla, Incipit Ut ea, qua p. 115
Eiusdē Bulla, Incipit Ex iniuncto Nobis desuper, p. 120
Decisio cuiusdā Casus in Sacra Congreg. Concilij, p. 128
Pauli Quinti Bulla, Incipit, Nuper pro parte, p. 129
Instrumentum Transumpti Bulla, Pauli Quinti p. 132
Memoriale Paulo Quinto exhibitum p. 136
Pauli Quinti Breue, Incipit, Ex iniuncto p. 142
Gregorij XV. Breue, Incipit, Expositum Nobis p. 146
Urbani Octavi Bulla, Incipit, Infructabilis, p. 150
Eiusdem *150*

Collegio Trevigi-
Casale

Eiusdem Breue, Incipit, Sacrosanctum Apostolatus , pag.	154
Eiusdem Breue, Incipit, Exponi Nobis, p.	157
Eiusdem Breue, Incipit, Alias fel. record. p.	159
Eiusdem Breue, Incipit, Alias fel. record. Clementi , pag.	162
Quasita circa electionem Sociorum, p.	165
Facultas tenendi plerosque libros prohibitos, p.	168
Decretum S. Congregat. de Confessionibus Superiorum, pagina.	
Vrbani Octauii Breue, Incipit, Nuper pro parte, p.	173
Decreta S. Congregation. pro Nouitijs recipiendis, p.	175
Alexandri Septimi Breue, Incipit, Alias postquam, p.	183
Eiusdem nonnulla Ordinationes, p.	186

F I N I S.

PAVLI



PAVLI TERTII B U L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Conceditur facultas eligendi Superiorem, siue Ecclesiasticum, siue secularem ex ijs, qui Hospitalibus, & Orphanotrophijs institutis inseruiunt, & statuendi decreta, prout locorum opportunitas postulabit.
- 2 Recitandi diuini Officij eorundem Hospitalium sacerdotibus facultas datur, & confessiones audiendi, absoluendi à casibus, à quibus Ordinarij locorum absoluere consueuerunt.



AVLVS Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis desuper, meritis licet imparibus, Apostolicæ seruitutis officio, votis, per quæ Hospitalium, & aliorum piorum locorum utilitas, & salubris directio procuratur, libenter annuimus; ad illos quoque dexteram nostræ libertatis extendimus, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuersorum pauperum Orphanorum S. Mariæ Magdalæ in suburbio S. Leonardi Bergomens. & Mediol. Comen. Ianuen. Papien. Brixien. ac Veronen. Ciuitatum, &

A. Dice-

Dioeces Hospitalium recollectorum nuncupatorum, ac tam ecclesiasticarum, quam secularium personarum in eis deseruentium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias quondam Hieronymus Miani Ciuis Venetiarum plures pauperes Orphanos propter bellorum in Italia vrgentium tristes euentus, & famem vrgentem passim derelictos vagari videret, idem Hieronymus deuotionis feroce, & pietate motus predictum Hospitalē Sanctae Mariæ Magdalene inchoauit, & deinde Hospitalē predictum tam propter Ciuium in Ciuitate Bergomen. degentium feruentem charitatem, quam prouidam directionem, & salubre regimen prefati Hieronymi in tantum auctore Domino creuit, ut idem Hieronymus ad alia Hospitalia in alijs Italie partibus instituenda animatum applicuerit, ita quod tam in Mediolanen. quam Comen. & alijs Ciuitatibus, ac Dioeces. predicta similia, & in quibusdam ex eis Mulierum Conuersarum Hospitalia dicto Hieronymo, & nonnullis alijs mediantibus ereta fuerunt, vnde Hospitalia ipsa de bono in melius perducuntur, indiesque eorum numerus augetur, & augeri speratur: & sicut eadem expositio subiungebat, si in eisdem Hospitalibus, quæ per clericos, & laicos insimul gubernari consueverit, unus Superior, vel caput, qui inibi pro tempore deseruientes congregari facere, & de loco ad locum mutare valeret, existeret, Hospitaliaque ipsa aliquibus prerogatiis decorarentur, profecto salubri ipsius Hospitalis, & illi deseruentium predicatorum directioni, & quieti plurimum consuleretur, ac in illis degentes pauperes huiusmodi eo melius gubernarentur, & pertractarentur, dictæque personæ in eo confouerentur, & ad solita seruitia inuitarentur. Quare pro ipsorum Pauperum, & deseruentium personarum parte nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis in præmissis opportune protidere de benignitate Apostolica dignarentur. Nos igitur, qui charitatis opera ubique exerceri sinceris deside-

ramus

ramus affectibus, quemlibet ex pauperibus personis praefatis à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenitentiis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore presentium eisdem Hospitalibus, quod pauperes, & personæ in eis pro tempore degentes, & deseruientes unam ex personis inibi deseruientem huiusmodi ecclesiasticam, vel secularem inter eos Superiorem, vel caput, quæ ipsos congregari facere, ac de loco ad locum mutare, ac quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria condere, ipsaque statuta quoties ei videbitur mutare, ac de novo statuere possit, eligere. Nec non sacerdotes eisdem pauperibus pro tempore deseruientes horas canonicas diurnas pariter, & nocturnas, ac Missas, & alia diuina Officia secundum ritum, morem, & usum sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam nouissimè editum dicere, & recitare, ipsosque, Pauperes, ac omnes, & singulos in dictis Hospitalibus deseruientes dumtaxat eorum confessionibus diligenter auditis ab eorum omnibus, & singulis peccatis, casibus, criminibus, excessibus, & delictis, a quibus locorum Ordinarij absoluere consueuerunt, absoluere, & pro commissis poenitentiam salutarem iniungere, liberè, & licetè valeant, perpetuò concedimus, & indulgeamus. Quo circa Venerab. Fratribus nostris Casertan. Feltrensi. & Visionen. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quantum ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios auctoritate nostra faciant presentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum sortiri, & intuobiliter obseruari, illisque pauperes, & sacerdotes praefati

A 2

tos,

tos, ac omnes & singulos alios, quos quomodolibet concernunt, pacificè frui, & gaudere iuxta præsentium continentiam, & tenorem; non permittentes quemquam contra illorum tenorem modo aliquo molestari, impedi-ri, aut inquietari; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Statutis, & Consuetudinibus, Privilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam in forma Brevis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac Sedem præfatam etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, & initi, ac stipulati contractus, ac motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, ac derogatoriuarum derogatorijs, alijsque fortioribus efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & alijs decretis etiam quibusuis locorum Ordinarijs, sub quibusuis verborum formis, & tenoribus concessio, confirmatis, & innouatis, quibus illorum omnium tenores præsentibus prouidienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, hac vice diu taxat, harum serie specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque aut si aliquibus communiter, vel diu sim ab eadem sit Sede indul- tum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non inser-tam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodo-

libet, vel differri & de qua, cuiusque toto tenore habenda fit in nostris literis mentio specialis; Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, mandati, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis au-tem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud S. Marcum anno Incarna-tionis Dominicæ 1540: Prid. Non. Iunij Pontific. nostri anno 6:

A. Gapata.



PII QVARTI

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Approbantur ea, qua Superiores Hospitalium sanxerunt decreta, & nullitates si qua forte irrepserint, ut rata sint, supplantur.
- 2 Decernitur ne à locorum Ordinarijs, quoad Priuilegia, & indulgentias concessas, diuexentur.
- 3 Conceditur venia erigendi quo cunque in loco Orphanorum Hospitalia, & vt sacerdotes in ijs sacerdotij munera exercere possint.
- 4 Ut capsula, ubique collocari possint, etiam non petit a licentia, ad exigendam pro Hospitalibus elemosinā.
- 5 Ut possint deligere confessorem, vel scularem, vel regularem orphani Superioris licentia, cui ut casibus etiam Sedi Apostolica reservatis à pena & culpa semel in vita, & mortis articulo absoluere possit, facultas datur.
- 6 Consequitur plenariam Indulgentiam, qui mortis articulo ter Iesu nomen protulerit.
- 7 Multæ aliae Indulgentie, & Priuilegia conceduntur.
- 8 Præcipitur Ordinarijs locorum, ne Superiores Orphanorum inquietent, sed auxilium exhibeant.
- 9 Nullæ aliae Bullæ contra hanc statui possunt.
- 10 Indices deputantur.

IVS EPISCOPVS Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Saluatoris, & Domini Nostri Iesu Christi, qui dum mortalibus spolijs induitus eset, discipulos suos in terris erudiens, & in viam salutis æternæ diri-

ditgens, illis parvulorum Angelos æterni patris faciem assidue contueri testatus est, vices, meritis licet imparibus, gerentes in terris, ea, quæ pro necessarijs pauperum Orphanorum alimentis, educatione Christiana charitate gesta fuisse dicuntur, libenter, potissimum cum id à nobis petitur, Apostolici munimini præsidio stabilimus, & Christi fideles, vt ad lapsus suis operibus charitati uis expiandos, piaque loca visitanda procliuiores existant, spiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus inuitamus, vt per bonorum operum exercitium, ipsorum etiam Orphanorum precibus adiuti macula suorum delictorum abolita ad Cælestis patriæ beatitudinem peruenire mereantur. Dudum si quidem fælicis recordationis Paulo Pape Tertio predecessori nostro pro parte dilectorum filiorum vniuersorum pauperum Orphanorum Sanctæ Mariæ Magdalena in Suburbio loci Sancti Leonardi, ac aliorum Bergomens. Mediolanens. Cumens. Ianuen. Papien. Brixien. ac Veron. Ciuitatū, & Diœces. Hospitalium recollectorum nuncupatorum, ac tam Ecclesiasticarum, quam secularium personarum in eis deseruientium exposito, quod cum alijs quondam Hieronymus Miami Ciuis Venetus tunc in humanis agens plures pauperes Orphanos propter bellorum in Italia vrgentium malos euentus, ac vrgentein famem passim derelictos vagari videret, denotionis feruore, ac pietate motus præfatum Hospitale Sanctæ Mariæ Magdalena inchoasset, illudque postmodum tam propter Ciuium Bergomen. feruentem charitatem, quam prouidam directionem, & salubre regimen præfati Hieronymi intantum auctore Domino creuisset, vt idem Hieronymus ad alia Hospitalia in alijs Italiæ partibus insti-tuenda animum applicuisset, ita quod tam in Mediolanens. quam Comen. ac alijs Ciuitatibus, ac Diœces. præfatis similia, & in quibusdam ex eis Mulierum Conuersarum hospitalia dicto Hieronymo, & nonnullis alijs mediantibus erecta fuerant

fuerant, vnde hospitaia ipsa de bono in melius producebantur, ac in dies eorum numerus augebatur, & augeri sperabatur, & in huiusmodi expositione subiuncto, quod si in eisdem Hospitalibus, quae per Clericos, & Laicos, insimul gubernari consueuerant, vnius esset Superior, qui inibi pro tempore defertientes congregari facere, & de loco ad locum mutare posset, & Hospitalia ipsa aliquibus prærogatiis decorarentur, ex hoc salubri Hospitalium, & personarum in eis deseruientium directioni, & quieti plurimum consuleretur, ac in eis degentes pauperes huiusmodi melius gubernarentur, & tractarentur: præfatus prædecessor Orphanorum, & deseruientium prædictorum supplicationibus inclinatus; eisdem hospitalibus quod pauperes, & personæ in eis pro tempore degentes, & deseruientes vnam ex personis inibi deseruientibus huiusmodi ecclesiasticam, vel secularem in eorum Superiorum, que ipsos congregari facere, ac de loco ad locum mutare, nec non quæcunque Statuta, & Ordinationes, licita, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria condere, ipsaque Statuta, quoties eis videretur mutare, & alia de nouo statuere posset, eligere, quodque Sacerdotes ibi pro tempore deseruientes horas canonicas diurnas pariter, & nocturnas, ac Missas, & alia diuina officia secundum ritum, mores, usum, & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & nouissimè editum dicere, & recitare: Ipsiisque pauperes, ac omnes, & singulos in dictis Hospitalibus deseruientes, dumtaxat eorum confessionibus diligenter auditis ab eorum omnibus, & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis etiam in quibus locorum Ordinarij absoluere consueuerant, absoluere, ac illis pro commissis poenitentiam salutarem iniungere, liberè, & licite valerent, auctoritate Apostolica perpetuo concessit, & indulxit, prout in eiusdem Pauli prædecessoris literis desuper confessis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte tam Superioris, & prædictorum,

quam

quam etiam dilectorum filiorum aliorum similium in Cremonens. & Vercellens. & Vicentinens. Cuiitatibus, ac Oppido Trultij dictæ Mediolanens. Dioeces. postmodum rite institutorum Hospitalium pauperum Orphanorum, & inibi deseruientium petitio continebat, ipsi Orphani, & deseruientes dictarum literarum vigore Superiorum prædictum elegerint, ac idem Superior, & deseruientes pro salubri Hospitalium, pauperumque, & aliorum ibi seruientium personarum huiusmodi directione nonnullas ordinationes, & statuta concorditer ediderint, pro parte Superioris Orphanorum, & deseruientium prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut institutioni Hospitalium, ac literis, nec non electioni, ordinationibus, & statutis prefatis pro firmiori illorum subsistentia robur Apostolicæ confirmationis adjicere, alijsque in premissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Hospitalitis, & aliorū piorum incrementa sincero desideramus affectu Superiorum, singulosque pauperes, ac deseruientes prefatos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, nec non veriorem dictarum literarum tenorem presentibus pro expresso habentes huiusmodi supplicationibus inclinati, institutionem dictorum Hospitalium, & literas, ac in eis contenta; nec non electionem, ordinationes, & statuta præmissa, ac inde secuta quæcunque dicta auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisq. perpetue, & inuiolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti, nec non solemnitatum forsan omissarum, & alios quosque defectus, si qui forsan interuenerint, supplemus, illaq. valida, firma, & inuiolabilia esse, ac à cunctis in omnibus, &

B

per

per omnia obseruari debere. Nec non Superiorem, pauperes, & personas deseruientes præfatas quominus concessionibus, gratijs, & indultis sibi per literas prædecessoris huiusmodi concessis libere vti, stui, & gaudere valeant per locorum Ordinarios, aut alios quoscunque impediri; aut desuper quoquomodo molestari, vexari, seu perturbari non posse decernimus. Et nihilominus eisdem Superiori, etiam seruientibus ut de licentia Ordinariorum, & Gubernatorum Ciuitatum, locorum, & terrarum, seu postquam ipsi ab eis requisiti fuerint loca pro similibus, Hospitalibus instituendis sibi vltro oblata, seu petita, & sibi pro tempore concessa, aut iam ad hoc per quoscunque instituta Hospitalia recipere, & acceptare, ac in illis eadem pia opera, quæ in alijs Hospitalibus hactenus, exercuerunt, & exercent, exercere libere, & licite posint, ac personis Ecclesiasticis Hospitalium præfatorum per locorum Ordinarios approbatis ibidem Verbum Dei ad instructionem, spiritualemque consolationem Orphanorum, & personarum secularium inibi deseruientium, ac aliorum vtriusque sexus Christi fidelium ad illa accendentium prædicandi, & annuntiandi, nec non illorum confessiones audiendi, ac illis auditis, eos in Casibus prædictis absoluendi, sacrâque Eucharistiam quibusvis anni temporibus, & diebus, non tam in Paschate Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, eisdem Pauperibus, & alijs personis illuc accendentibus ministrandi, eleemosinas Christi fidelium præfatorum petendi, & recipiendi, ac personas ad illas petendum deputandi;

4 Nec non Capsulas in Hospitalibus præfatis ad eorum, & diectorum pauperum substantiationem ponendi, diaconum, locorum, seu cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, plenam, amplam, & omnimodam facultatem, auctoritatem, & potestatem eisdem autoritate, & tenore præsentium concedimus, & impartimur. Præterea, ut ipsi Orphani ab ijsdem seruientibus, ac alijs in Dei timore animo promptiori

ptiori instruantur, & manteneantur, de Omnipotentiis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi fertientibus & Protectoribus vtriusque sextus Orphanorum huiusmodi, vt ipsi aliquem Presbyterum secularem, vel cuiusvis Ordinis regularem, quem voluerint, in Confessorem de dicti Superioris licentia eligere, ipsique sic electo, illos, corum confessionibus auditis ab omnibus, & singulis eorum peccatis, quantumcumque grauibus etiam dictæ Sedi reseruatis, nec nō à pena, & culpa semel in vita, & semel in mortis articulo tantum alias in forma Ecclesiæ consueta, ac iuxta formam in quinterno Cancellariæ Apostolicæ annotatam, dictæ autoritate absoluere, eisque pro commissis poenitentiam salutarem iniungere possint: Nec non eisdem nomen 6 Iesu in ipso mortis articulo ter proferentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam: Nec non eis 7 quoties peccata sua confitebuntur, mille, & præterea qui quinques Orationem Dominicam, ac toties Salutationem Angelicam eodem instanti deuotè recitauerint, ac pro pacis inter Príncipes Christianos conseruatione, nec non hæreticorum, & schismaticorum, ac infidelium conuersione Deum Omnipotentem deuotè orauerint, duorum millium: Qicumque verò ex eis Officium B. Mariæ Virginis iuxta vsū eiusdem Romanæ Ecclesiæ singulis festiuis, centum, non festiuis autem diebus quinquaginta: Et qui Rosarium eiusdem B. Mariæ Virginis, quinquaginta, non festiuis verò diebus huiusmodi etiam recitauerint, quoties id fecerint, vigintiquaque dies, & totidem quadragenas respectiù de iniunctis eis poenitentijs misericorditer in Domino concedimus, & clargimur: Nec non Ordinarijs locorum huiusmodi, & quibusvis, & pro fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, ac Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & alijs Hospitalibus nec nō Sancti Sebastiani extra Muros eiusdem Vrbis, & alijs Monasterijs, ac Sanctissimæ Trinitatis redemptionis Captiuorum,

& alijs Confraternitatibus, nec non pijs locis pro tempore deputatis, ac aliis quibusuis personis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ pœna, ne Superiorem, Orphanos, deseruientes, Protectores, ac Hospitalia, & illorum personas præfato, vel eorum aliqua in præmissis molestare, seu perturbare quoquomodo audeant, seu præsumant districcione inhibentes; quinimo eis sub simili pœna mandantes, ut illis auxilium, consilium, & fauorem in præmissis præbeant; Nec non præsentes literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, ac limitationibus, seu alterationibus similium, vel dissimilium gratiarum, etiam per nos, aut alios Romanos Pontifices successores nostros, ex quibusuis causis quomodolibet pro tempore factis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de nouo concessas esse, & censeri, & ita in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super iis à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Quocirca Venerabili Fratri nostro Episcopo Amerinen, & dilectis filiis Vicariis Venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi Mediolanen, ac Episcopi Brixien, in spiritualibus generalibus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnu s eorum per se, vel per alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Superioris, Orphanorum, & deseruientium prædicatorum fuerint requisiiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio aſſistentes, faciant autoritate nostra Superiorem, Orphanos, & deseruientes prædictos approbatione,

batione, confirmatione, adiectione, suppletione, decreto, cōcessione, clargitione, & mandato, alijsque præmissis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunq. quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri: contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuriis remedia, eadem authoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus easdem sententias, censuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, non obstantibus præmissis, ac piæ memorie Bonifacii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, qua caruetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Dioecesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine sui Diæcesi ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede Apostolica deputati extra Ciuitatem, & Dioeces. in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas cōmittere præsumant, ac de duabus Dietis in Concilio generali edita, dummodò quispian vltra dietas ad iudicium præsentium vigore non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis Hospitalibus, Monasterijs, Confraternitatibus, alijsque locis præfatis sub quibusque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irrationalibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, etiam Concistoriali, ac alijs quomodolibet concessis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum veriores

teno-

tenores,formas,& dataſ, ac ſi de verbo ad verbum præſenti-
bus inſerentur pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliās
in ſuo robore permansuris (hac vice duntaxat) ſpecialiter, &
expreſſe derogamus, contrarijs quibuscumque, aut ſi aliquib.
communiter, vel diuifim ab Apoftolica ſit Sede indultum,
quod interdici, ſupendi, vel excommunicari non poſſint per
riteras Apoftolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac
de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nul.
li ergo omnino liceat hanc paginam noſtrāe abſolutionis,
approbationis, confirmationis, additionis, ſupplementationis, con-
cessionis, imparitionis, inhibitionis, decretorum, declaratio-
nis, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei auſu te-
merario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſe-
rit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et
Pauli Apoftolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnatio-
nis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo ter-
tio. Sexto kalend. Iunii. Pontificatus Noſtri Anno quarto.

I. Romper.



PII QVINTI¹⁵

B R E V E .

S V M M A R I V M .

1. *Quam plures Indulgencie Congregationi concedun-
tur.*
2. *Vt Praepositus Generalis residere Papie minime ſe-
neatur, ſed loca Congregationis perluſtret, & ubi
opportunum videbitur, immoretur.*
3. *Benedicendi corporalia, & alia ecclesiastica indu-
menta, eidem Praepotito Congregationis, & ceteris
Rectoribus ſacerdotibus facultas conceditur, exce-
ptoſi uocatio adhibenda ſit.*



IVS PAPA Quintus, ad futuram rei memoriam.
Romanus Pontifex fidelium omnium Pastor,
licet in omnes benignitatem ſuam diſfundat;
eos tamen, qui Altissimo ſub ſuaui Religionis
iugo affiduè famulatū præſtant, ſpecialis fauoris,
prærogatiua, atq. ſpiritualibus muneribus, & aliis gratiis libe-
ter prosequitur. Nos igitur erga Cōgregationē Clericorū Re-
gularium de Somascha nuncupatam, in Vinea Domini vbe-
res fructus affiduè afferenteim propenos nos, & benignos
exhibere volentes, Vniuersis, & singulis utriusque ſexus per-
ſonis Congregationis Clericorum Regularium de Somas-
cha huiusmodi, & ſub ipſius regimine vbiliter nunc, & pro
tempore degentibus, Vt omnibus, & singulis Quadragesi-
malibus, & aliis totius anni temporibus, & diebus ſtationum
Almæ Vrbis noſtræ visitando proprias Eccleſias, & in illis
quinque Altaria, vbi extiterint, & vnum Psalmum Dauid
cum

cum, vel quinques Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare humili, & contrito corde recitando; Vel ubi tot Altaria non fuerint, ante unum solum Altare septem Psalmos poenitentiales, vel totum Rosarium, videlicet 150. Salutationes Angelicas, & quindecim Dominicas Orationes deuotè pariter dicendo; easdem stationum Indulgencias consequantur, quas consequerentur, si singulis temporibus eisdem singulas dictæ Vrbis, & extra illius Muros Basilicas, & Ecclesias à Christi fidelibus pro consequendis stationum Indulgentiis huiusmodi visitari solitas personaliter visitarent, ceteraque ad id necessaria adimplerent, de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi tenore presentium concedimus, et indulgemus. Præterea omnibus sub eiusdem Congregationis Regimine pro tempore existentibus Officium legere nescientibus, qui tertiam partem Rosarii Beatissimæ Virginis Mariæ quotidie deuotè dixerint, toties quinquaginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta eadem auctoritate concedimus. Cum autem per Visitationis munus Religiosi in officio continantur, & exinde magni fructus quotidie prouenant, volumus, atque decernimus, quod Præpositus Generalis dictæ Congregationis nunc, & pro tempore existens Papie residere minimè tenetur, sed loca sibi subiecta visitare, ibique, ubi eius præsencia magis necessaria esse sibi videbitur, morari possit. Insuper eidem Præposito, ut Corporalia, ac Paramenta, aliaque omnia Ecclesiastica ab Episcopis benedici solita, exceptis his, in quibus vincio adhibetur, pro usu ipsius Congregationis, nec non etiam Rectoribus Sacerdotibus de eadem Congregatione Paramenta Ecclesiastica pro suarum Ecclesiarum usu, benedicere possint, et valeant, earundem presentium tenore facultatem impartimur. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis gene-

generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non dictæ Congregationis statutis, et Consuetudinibus, etiam Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Priuilegijs quoque, Indultis, et literis Apostolicis in contrarium quomodo libet concessis, et confirmatis. Quibus omnibus eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes ad effectum præsentium specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die Quinta Ianuar. M D L X V I I . Pontificatus nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius,



18
P I I Q V I N T I
B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 *Emittendi tria solemnia vota facultas conceditur.*
- 2 *Divi Augustini Regula Somaschensis Congregatio adscribitur.*
- 3 *Interdicitur secretus locus ad emitenda vota, & ut in communi viuere, bona possidere possit, venia datur.*
- 4 *Imponitur nomen Congreg. videlicet Clericorum Regularium Sancti Maioli Papiae, seu Somascha.*
- 5 *Bonorum relictorum fructus possidere licite potest Congregatio, etiam non requisita Ordinarij licentia.*
- 6 *Derogationibus, suspensionibus, &c. subiacere non possunt ha Bulla.*
- 7 *Indices deputantur.*

RIVSPAPA Quintus. Ad perpetuam rei mēmoriam. In iunctum nobis desuper Apostolice seruitutis officium dignē peragere credimus, si ad ea, per quæ Congregationes præserti in Orphanorum causa institutæ faciliū stabiliri, & firmiū conseruari valeat, considerationis nostræ aciem extendamus. Sanè exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Sacerdotes, Clerici, & Laici Congregationis loci de Somascha Mediolanens. Dioceſeſ. diudum canonice instituti, quod aliā ſel. record. Paulus Papa III. prædecessor noster Congregationi prædictæ, eui quondam Hieronymus Aemilianus olim patricius Venetus vir e-

ximiae

19
ximiae pietatis insignis, Spiritu sancto, vt piè creditur, afflatus omnibus sœculi curis posthabitatis initium antea dede- rat, quamque multi illius exemplo adducti amplexi fue- rant, & à Genuen. Mediolanen. Ferrarens. alijsque Italæ Ciuitatibus, & Viribus acciti illam dilatauerant, Caput sibi eligendi, Constitutiones condendi facultatem conce- sit, eamque ab Ordinariorum superioritate, Iurisdictione, & potestate exemit, ac tām ille, quām deinde piæ me- moriæ Pius Papa Quartus, etiam prædecessor noster di- cta Congregationem nonnullis aliis Priuilegijs, & gratiis prosequi fuerint, nec non successiuè Dilectus filius noster Carolus tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Borro- meus nuncupatus sufficienti ad id facultate, vt afferebat, suf- fultus dictæ Congregationi Ecclesiam Sancti Maioli Pa- piensi, olim per Monacos Cluniacens. Ordinis obtineri fo- litam certis annuis redditibus illi assignatis donauit, nosque postmodum donationem prædictam Apostolica authorita- te approbavimus, prout in singulis prædecessorum, & Ca- roli Cardinalis prædictorum patentibus, ac nostris literis desuper confessis pleniū continetur; quarū litterarū vigore prædicti Sacerdotes, Clerici, ac Laici Ecclesiam prædi- ctam in Domum principalem, & tanquam aliarum Eccle- siarum dictæ Congregationis caput pro futuris Præposito, qui inibi residenceat, ac vnā cum aliis deputandis professis non solum illius, sed etiam aliarum Ecclesiarum eiusdem Congregationis curam, regimen, & administrationem habeat, nec non professis, qui dicto Præposito reueren- tiā, & obedientiam præstent, sibi delegerunt. Cum au- tem sicut eadem expositio subiungebat, licet iijdem Sacer- dotes, Clerici & Laici religiosè admodum viuant, ac præ- cipue inter alia pietatis opera Orphanorum in disciplina Christiana, bonisque artibus, & literis secundum cuiusque ingenii captum erudiendorum, ac nonnullis in locis Semina-

C 2

rio-

riorum Clericorum curam summo cum studio gerant, ac propterea dubium non sit, quin hæc Congregatio perpetuò duratura sit; nihilo minus, quia plerique illorum ob professionem non emissam existimantes se non verè Religiosos, ab illa recedunt, & ad aliquam Religionem conuolant; alij pauperes, & non habentes titulum beneficij, & patrimonium, repugnante Concilio Tridentino, ad Ordines promoueri nequeunt, aut alijs rationibus adducti aliud viuendi genus eligunt, multi ipsius Congregationis Sacerdotes, Clerici, & Laici ad firmius stabiliendum huiusmodi Congregationem, & ad obuiandum hisce, & alijs inconuenientibus tria Vota, videlicet Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae emittere summoperè desiderant, srad id nostra, Sedisque Apostolicae suffragetur authoritas: Quare idem Sacerdotes, Clerici, & Laici nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus illis Vota prædicta in manibus alicuius Prælati Ecclesiastici emitendi licentiam concedere, ac alijs perpetuæ illius Congregationis conseruationi, & Orphanorum prædictorum utilitati consulere, opporunque prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui pijs, honestisque petentium votis gratum solemus præstare assensum, dictorum Sacerdotum, Clericorum, & Laicorum piam vitam, optimumque viuendi, & instituendi propositum plurimum in Domino collaudantes, ipsosque, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodi existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum abstinentes, & abstolutos fore censentes, nec non prædictarum literatum, & inde secutorum quorumcunque tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati prædictis Sacerdotibus, Clericis, &

Laicis

Laicis vota prædicta emittere volentibus illa in manibus x
Prælati alicuius Ecclesiastici per Congregationem huiusmodi ad id eligendi, donec sex ex ipsis fuerint professi, & sibi Præpositum ipsius Congregationis generalem secundū illorum Constitutiones factas, seu faciendas eligendum, & confirmandum elegerint, & deinde dictis sex professis, & electo Præposito omnibus, & singulis aliis Christi fidelibus etiam in Orphanotrophiis educatis, & eruditis dictam Religionem ingredi volentibus in ipsius Præpositi, seu illius Vicarii manibus emittendi, & profitandi, ac sub Regula Sancti Augustini in habitu tamen clericali, & honesto, ac locis in quibus vixerint, conformi incedendo viuendi, nec non Prælato, & Preposito, Vicarioque prædictis Vota huiusmodi in manibus illorum recipiendi liberam facultatem m.
Ac quod infra triennium proximè futurum hi, qui per decennium in dicta Congregatione laudabiliter vixerint vota prædicta emittere non expectato anno probationis, triennio vero huiusmodi elapsō, alijs ipsa vota emittere volentes, non nisi elapsō anno probationis, ac completo anno decimo sexto suæ ætatis in Ecclesia prædicta, aut alibi, vbi commodiùs Præposito, seu Vicario visum fuerit, vota prædicta, ita ut non sit locus tacitæ professioni, emittere, & profiteri; quodque præfati, & pro tempore existentes Præpositus, Sacerdotes, Clerici, & Laici sub dicta Regula secundum Constitutiones per eos factas, seu faciendas viuere, omniaque, & singula quæcunque, quotque, & qualia cunque bona mobilia, seu immobilia dictæ Congregationis, seu eius locis, vel Ecclesijs ab universitatibus, communitatibus, & alijs etiam priuatis personis cuiusvis status, gradus, ordinis, qualitatis, & præminentiae existant, testamento, vel codicillis, aut alia ultima voluntate, seu donatione etiam inter viuos, aut alijs quomodolibet, nec iron oblationes sibi relicta, & relinquenda recipere, exige re, &


re, & in communi tantum possidere libere possint, & valent, quodque de cætero Congregatio prædicta Clericorum Regularium Sancti Maioli, siue de Somascha appellatur, similiter perpetuò statuimus, & ordinamus, & insuper quomodounque pro tempore relictæ Congregationi prædictæ, & non aliter expresso, vel declarato loco ex nunc, prout ex tunc, & è contra Ecclesiæ Sancti Maioli, ita quod liceat pro tempore existenti Præposito per se, vel per alium, seu alios dictorum relictorum fructus, & emolumenta in sibi benè visos, & necessarios usus, & utilitatem Ecclesiæ Sancti Maioli, & Congregationis prædictorum, libere, & licetè conuertere, Ordinarij loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, autoritate, & tenore præsentium præmissis etiam perpetuò applicamus, & appropriamus, decernentes præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, alioue vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, argui, & impugnari, ac reuocari, limitari, moderari, suspendi, aut illis derogari, & sub quibusvis similium gratiarum reuocationibus, derogationibus, limitationibus, moderationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi non posse, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitura, & de novo concessa, & perpetuò valida, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integro effectus fortiri, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, iudicari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane quicquid securus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Amerinens. & Papien. ac Cremonens. Episcopis per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios Congregationi, & futuro,

turo Præposito huiusmodi, ac illius singulis personis in præmissis efficacis defensionis præsidio afflentis faciant auctoritate nostra Congregationem, illiusque Prepositum, & singulas personas concessione, indulto, statuto, ordinazione, applicatione, appropriatione, & decreto huiusmodi pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque contra præsentium tenorem quomodo libet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque Iuris remedie appellatione postposita compescendo; nec non legitimis super his habendis seruatis Processibus, illos censuras, & poenas ipsas incurrisse declarando; nec non eas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac fel. mem. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium ultra tres dietas, ad Iudicium non trahatur, ac aliis quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non ipsius Congregationis, ac quorumuis Monasteriorum, & Ordinum etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis illis, illorumque Superioribus, & personis sub quibusunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis restrictiis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel specie, ac alias quomodo libet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis, illarumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc

hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro uffis
cienter expressis, & insertis habentes, illis aliâs in suo robore
permansuris hac vice, duntaxat specialiter, & expressè de-
rogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus commu-
niter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod inter-
dicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas A-
postolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo
ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscato-
ris die sexta Decembr. MDLXVIIII. Pontificatus Anno
Tertio.

Cæf. Glor.



GRE



GREGORII XIII.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Refertur Resignatio olim facta Præpositura S. Ma-
ria Magdalena Ianuensis. Eiusdem suppressio, &
extinctio: Atque Congregationi Clericorum Regul.
Theatinorum assignatio.
- 2 Eadem Ecclesia in Parochiale denuo erigitur.
- 3 Presbiteris Congregationis de Somasca assignatur
eisque Animarum Cura demandatur.
- 4 Bullæ executio aliquot Episcopis committitur, atque
ab omnibus contrarijs vindicatur.



Regorius Episcopus Seruus seruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes
Ecclesiæ vniuersæ religiosè coli, & ani-
marum curam, qua nullum in terris gra-
uissimum onus inueniri potest, eiusmodi personis
committi, quas non mercedis cupiditas al-
licit, sed charitatis ardor accendat; illorum precibus, qui

D hunc

hunc solum sibi finem proposuerunt, libenter annuiatis, ijsq.
præsertim tantum munus recte demandari posse credimus,
quos & loci Ordinarius, & populus expetunt, quiue proprio
quodam, & peculiari vinculo se se sua sponte Religioni ob-
tinixerunt. Alias siquidem Præpositura sacerdotalis, & Colle-
giata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalena Ianuensis tunc
per liberam resignationem Venerabilis Fratris nostri Caroli
Episcopi Albinganensis de illa, quam tunc ex dispensatione,
seu concessione Apostolica in titulum, seu commendam ob-
tinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admis-
sam apud Sedem Apostolicam. Seu commendam huiusmo-
di ex eo, quod dictus Carolus Episcopus illi tunc in eisdem
manibus nostris sponte, & liberè cesserat. Nosque cessionem
ipsam duxeramus admittendam, cessante adhuc eo quo ante
commendam eamdem vacabat, modo vacante. Nos Præ-
posituram prædictam, quæ inibi dignitas principalis tunc e-
xistebat, cuique cura parochianorum ipsius Ecclesiæ, quæ e-
tiam parochialis existebat, imminebat animarum, in qua
duo Canonicatus, & totidem præbendaria seu duo perpetua
simplicia beneficia Ecclesiastica Canonicatus nuncupata es-
se dignoscebantur, ut præfertur, vacantem, & quatenus per
resignationem huiusmodi vacaret, antea dispositioni Apo-
stolicae reseruatam, ac in dicta Ecclesia nomen, titulum, es-
sentiam, & insignia omnia dignitatis Præpositoriae Collégia-
tæ, & Parochialis Ecclesiæ, nec non sine præiudicio illos seu illa
tunc obtinentium Canonicatus, & Præbendas, seu benefi-
cia prædicta, ex tunc si vacabant, alioquin cum primù m illos
seu illa per Cessum, vel decesum illos, seu illa obtinentium,
aut alias quibusvis modis, & ex quorumcunque personis, eti-
am apud Sedem prædictam, vel in aliquo ex mensibus no-
bis, & pro tempore existenti Romano Pontifici, & eidem Se-
di per quascunque Constitutiones Apostolicas, seu Cancel-
larię

Iariae Apostolicæ regulas, reseruatis, & reseruandis, ac etiam
Ordinariis collatoribus etiam per easdem, vel alias Constitu-
tiones, seu regulas, aut literas alternatiuarum, vel alia priuile-
gia, & indulta concessis, eatenus, vel in posterum conceden-
dis, seu aliás quomodolibet vbiunque simil vel seorsum va-
care contingeret, Auctoritate Apostolica perpetuò suppres-
simus, & extinximus, curamque animarum huiusmodi ab ea-
dem Ecclesia in perpetuum abdicavimus, & separauimus, ac
curam eamdem in Capellam Corporis Domini Nostri Iesu
Christi in angulo ipsius Ecclesiæ constructam, quæ propriā,
& separatam portam haberet, & à corpore ipsius Ecclesiæ
cancelis ferreis distingueretur, transtulimus, nec non dictam
Capellam in curatam, cuius collatio, & omnimoda disposi-
tio ad loci Ordinarii, ordinario iure spectaret, & in qua v-
nus Rector præbiter sacerdotalis, qui curam animarum huius-
modi exerceret, nomen tamen Præpositi, quod suppressum
esse censeretur, usurpare non posset, etiam perpetuò erexi-
mus, & instituimus, omnesque eiusdem Ecclesiæ fructus, red-
ditus, & prouentus ab illa in perpetuum dismembrauimus,
& separauimus, illosque, ac Præpositoriae, nec non Canonica-
tuum, & præbendarum, seu beneficiorum huiusmodi fructus,
redditus, & prouentus dictæ Capellæ, pro illius dote, & pro
tempore existentis Rectoris sustentatione similiter perpetuò
applicauimus, & appropriauimus: Ecclesiam verò ipsam ab
omni sepulcrorum, & alio quoquis onere liberam, & immu-
nem Congregationi Clericorum Regularium Theatinorum
nuncupatorum Sancti Siluestri de Urbe cum illius domibus
ædificijs, & adhærentijs vniuersis pro vnu, & habitatione,
vnius Præpositi, & Clericorum eorundem, etiam perpetuò
concessimus, & assignauimus, ac etiam vniuimus, annexui-
mus, & incorporauimus, nec non in dicta Ecclesia seu domi-
bus, ædificijs, & adhærentijs prædictis vnum Collegium Cle-
rico-

ricorum Regularium huiusmodi ad instar aliorum eiusdem Congregationis Collegiorum cum omnibus privilegiis, prærogatiis & gratiis, quibus alia dictæ Congregationis Collegia vtebantur, potiebantur, & gaudebant, pariter perpetuò exerimus, & instituimus, prout in nostris inde confessis literis pleniùs continetur. Cùm autem Praepositus, & Clerici prædicti, quibus Nos pridem Ecclesiam Abbatiam, aut alias nuncupatam Sancti Syri Iauuensis, ordinis Sancti Benedicti per alias nostras literas concessimus, & assignauimus, vt in ipsis literis latius etiam continetur: Concessioni, & assignationi eiusdem Ecclesiae Sanctæ Mariæ Magdalenaæ cesserint, ac dissolutioni vñionis, annexionis, & incorporationis huiusmodi consenserint hodie in manibus nostris sponte, & libere. Nosque cessionem, & consensum huiusmodi duxerimus admittendos. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis fratris nostri Cypriani Archiepiscopi Iauuensis, tam suo, quam dilectorum filiorum parochianorū eiusdem Sanctæ Mariæ Magdalenaæ cupientium curam animarum suarum per eos potissimum exerceri, quos verbo, & exemplo sibi maximè profuturos intelligunt: Nec non Congregationis Clericorum Regularium de Somasca ad curam Orphanorum deputatorum nominibus, petitio continebat, prædicti Praepositus, & Clerici Sancti Siluestri in eandem S. Syri se contulerint; prædictam verò S. Mariæ Magdalenaæ Ecclesiam, cùm eorum usui amplius necessaria non sit, vacuā dimiserint, et sicuti eadem petitio subiungebat, si dicta Ecclesia S. Mariæ Magdalenaæ Congregationi Clericorum Regularium de Somasca, vñā cum illius domo, seu domibus, aedificijs, districtu, & adhærentiis vniuersis perpetuò concedetur, & assignaretur, nec non in Capella prædicta nomen, titulus, & insignia omnia parochialis, & curatæ Capelle supprimenterentur, & extinguerentur, ac cura animarum huiusmodi,

quæ

quæ in Capellam prædictam translata fuerat, vt præfertur, rursus ab eadem Capella separaretur, & abdicaretur, ipsaque cura denuo inter eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenaæ reduceretur, & Ecclesia ipsa iterum in parochiale erigeretur, & institueretur, prædicta verò animarum cura presbiteris Regularibus Congregationis de Somasca huiusmodi, qui illam exercere deberent, committeretur, nec non frumentus, redditus, & prouentus prædicti, ab eadem Capella dismembrarentur, & separarentur, ac ipsi Ecclesiae S. Mariæ Magdalenaæ pro illius dote, & presbiterorum eorundem sustentatione applicarentur, & appropriarentur: Spes maxima concipi posset fore, vt ita Diuino cultui optimè prospiceretur, & animarum Cura huiusmodi, qua decet diligentia, & charitatis ardore per ipsos presbyteros exerceretur, ac parochianorum eorundem, tam in diuinis audiendis, quam in Sacramentis percipiendis commoditati, & spirituali consolationi plurimùm consuleretur. Quare idem Cyprianus ; Archiepiscopus dignis, & idoneis ministris Ecclesiis committi cupiens, asserensque fructus, redditus, & prouentus prædictos triginta quinque ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annum non excedere, nominibus prædictis. Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus tandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenaæ Clericis, & Presbyteris Congregationis de Somasca huiusmodi concedere, & assignare, ac in Capella prædicta, nomen, titulum, & insignia omnia Parochialis, & Curatæ Capellæ supprimere, & extinguere, ac curam animarum huiusmodi rursus ab eadem Capella separare, & abdicare, ipsamque Curam denuo in eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenaæ reducere, ac Ecclesiam ipsam iterum in parochiale erigere, & instituere, prædictam verò animarum Curam Presbyteris Regularibus Congregationis de

D 3

So-

Somasca huiusmodi committere, fructusque redditus, & prouentus prædictos ab eadem Capella separare, & di' membra, ac ipsi Ecclesiae Sanctæ Mariæ Magdalene perpetuò applicare, & appropriare, alijsque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, & ordinauimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica alij vniri, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum estimationem prædictam, etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, aliquin vnio non valeret, & semper in vnonibus commissioneeret ad partes, vocatis quorum interesset. Cyprianum Archiepiscopum, & parochianos, ac Clericos, & Presbyteros Congregationis de Somasca prædictos, ac eorum singulos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pænis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluente, & absolutos fore censentes; Nec non aliarum vnonium Congregationi ipsi de Somasca quomodolibet factarum tenores, nec non fructuum, reddituum, et prouentum Congregationis de Somasca huiusmodi verum annum valorem præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene prædictam, in qua nichilominus nomen, titulus, essentia, & insignia omnia dignitatis Præpositoræ, & collegiatæ Ecclesiæ, nec non sine præiudicio illos, seu illa nunc forsan obtinentium duo Canonici, & totidem Præbendæ, seu duo beneficia huiusmodi, ex nunc si vacent, aut cum primùm per cessum, vel decepsum illos, seu illa obtinentium corundem, aut alias quibusvis modis vacare contigerit, in perpetuum suppressa sint, & esse censentur, quoquis modo quem, etiam si ex illo quavis generalis

refer-

referuatio, etiam in corpore iuris clausa, non tamen per obitum apud Sedem prædictam resultet, præsentibus haberi volumus pro expresso, & ex cuiuscunque persona vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem eamdem legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalene dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statutum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datarum præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsumum, cum ilius domo seu domibus, districtu, ædificijs, adhærentiis, iuribus, & pertinentiis vniuersis Clericis, & Presbyteris Congregationis de Somasca huiusmodi pro eorum usu, & habitatione Auctoritate prædicta tenore præsentium perpetuò concedimus, & assignamus: Nec non in dicta Capella, ab eius primaria erectione in Curatam, ut præfertur, vacante, de qua nullus præter nos pro eo quod nos dudum omnia beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura apud Sedem eamdem tunc vacantia, et in antea vacatura Collationi, et dispositioni nostræ reseruauimus, Decernentes ex tunc irritum, et inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, hac vice disponere potuerit siue possit, reseruatione, & decreto obstantibus supradictis, nomen, titulum, et insignia omnia parochialis, et Capellæ Curatæ, dicta auctoritate, etiam perpetuò suppressimus, et extinguimus, ac Curam animarum supradictarum ab eadem Capella perpetuò abdicamus, et separamus Curamque eamdem denuo in dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene similiter perpetuò reducimus, & Ecclesiam ipsam in parochiam cum omnibus parochialibus insigniis, sine tamen alicuius præiudicio, etiam perpetuò erigimus, et instituimus, predictamque Curam eisdem Presbyteris Regularibus Con-

sup

D 4 gre-

gregationis de Somasca pro Superiorum suorum arbitrio deputandis, & amotendis, & ab eisdem superioribus, ac loci Ordinario approbatis, & idoneis repertis, qui Curam exercere, & parochianis huiusmodi Ecclesiastica Sacra menta ministrare, in ipsa quoque Ecclesia diuina officia celebrare, omniaque parochianorum munera obire debeant, committimus, & demandamus. Nec non supradictos fructus, redditus, & prouentus ab eadem Capella dismembrauimus, & separauimus, illosque dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalena pro illius dote, & Presbyterorum Regularium in eadem Ecclesia pro tempore deseruientium sustentatione. Ita quod liceat ipsis Presbyteris per se, vel per alium, seu alios, eorum nomine corporalem, realem, & actuali posse sionem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalena, Domus, seu domorum, districtus, ædificiorum, & adhærentiarum, iuriū, & pertinentiarum predicatorum propria auctoritate liberè apprehendere, seu apprehensam perpetuò retinere Curamque prædictam exercere, & fructus huiusmodi percipere, exigere, & leuare, ac in suos, & dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalena us, et utilitatem conuertere, Diœcensi loci, vel cuiusvis alterius licentia minime requisita, similiter perpetuò applicamus, et appropriamus. Et insuper ut dicti Clerici, et Presbyteri Congregationis de Somasca iuxta pium eorum institutum commodiùs, ad Dei laudem conuenire valeant in dictis Domo, siue Domibus, ædificiis, districtu, et adhærentiis, vnum Collegium Clericorum dictæ Congregationis de Somasca pro usu, et habitatione vnius Præpositi, et eorundem Clericorum, ac Presbyterorum per eos perpetuò tenerendum, regendum, et administrandum ad instar aliorum ipsius Congregationis Collegiorum, etiam sine alicuius præiudicio, prefata auctoritate similiter perpetuò erigimus, et instituimus, illique sic cresto, ac Præposito Clericis, et Presbyteris, coeterisque

que illius personis pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis priuilegiis, et facultatibus, libertatibus, immunitatis, prærogatiis, favoribus, cæterisque tam Spiritualibus, quam temporalibus gratiis vniuersis, quibus alia Collegia eiusdem Congregationis de Somasca, illorumque Præpositi, Clerici, et Presbyteri, aliisque personæ quomodolibet vntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, potiri, et gaudere possint, vel etiam consueuerunt, aut in futurum poterūt, pariter, et quæ principaliter, ac sine ullo discrimine similiter vti, potiri, et gaudere liberè, et licite valeant, eadem Apostolica auctoritate concedimus, & indulgemus. Decernentes quoad Capellam pro vt est, & attentatum forsan est haec tenus; Nec non quoad illam, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene, ac omnia alia præmissa, ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus Fratribus nostris Papiensi & Terdonensi, ac Sauonensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsis, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios præsentes literas, & in illis contenta quæcumque vbi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cypriani Archiepiscopi, & Parochianorum, ac Præpositi, Clericorum, & Presbyterorum Congregationis de Somasca predicatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præiudicio assistentes, faciant auctoritate nostra Præpositum pro tempore existentem, ac Clericos, & Presbyteros Congregationis de Somasca huiusmodi concessione, assignatione, suppressione, extinctione, abdicatione, separatione, reductione, erectionibus, institutionibus, commissione, demandatione, dismembratione, separatione, applicatione, appropriatione, omnibusque, & singulis aliis præmissis pacifice frui, et gaude-

D 5 re,

re, ac si opus fuerit Præpositum, et Clericos, ac Presbyters de Somasca huiusmodi, vel eorum Procuratorem ipsorum nomine in corporalem possessionem Ecclesie Sancte Mariæ Magdalenæ, ac Domus, seu domorum, districtus, ædificiorum, adhaerentiarum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate nostra, et defendant inductum, Amoto à Capella quomodolibet, et Ecclesia Sancte Mariæ Magdalenæ Domo, seu Domibus, districtu, ædificiis, adhaerentiis, iuribus, et pertinentiis prædictis illicito detentore, facientes eisdem Præposito, Clericis, et Presbyteris de Somasca, vel eorum Procuratori huiusmodi de fructibus, redditibus, et prouentibus prædictis integrè responderi: Contradictores quoilibet, et rebelles per censuram Ecclesiasticam, aliaque opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, Nec non legitimis super his habendis seruatis processibus illos sententias, Censuras, & pœnas prædictas incurrisse declarando, ac etiam iteratis vicibus aggrauando, Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sacerdotalis. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, ac Lateranensis Concilii nouissimè celebrati, Vniones perpetuas nisi in casibus à Iure permisis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Bonifacij Papæ Octavi prædecessoris nostri, etiam illa, qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem, vel Dioecesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Dioecesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede deputati prædicta extra Ciuitatem, vel Dioecesim in quibus deputati fuerint contra quoicunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere quoquomodo præsumant, & de diabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium

ad

ad iudicium non trahatur, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Congregationum, & Ecclesie Sancte Mariæ Magdalenæ huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque, aut si aliqui dicta Apostolica, vel alia quavis auctoritate, in eadem Ecclesia Sancte Mariæ Magdalenæ in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super prouisionibus sibi faciendis de Canonicatibus, & præbendis ipsius Ecclesie Sancte Mariæ Magdalene speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Qua quidem literas, & processus habitos per easdem, ac inde sequuta quæcunque ad Canonicatus, & præbendas, seu beneficia, ac Capellam huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatum, & præbendarum, seu beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in eisdem literis mentio specialis, protuso quod dicta Ecclesia Sancte Mariæ Magdalene debit is propterea non fraudetur obsequiis, & animarum Cura huiusmodi in ea nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, concessionis, assignationis, reservationis, decreti, suppressionis, extinctionis, ab-

D 6 dicationis

dicationis, separationis, reductionis, erectionis, institutionis, commissionis, demandationis, dismembrationis, applicacionis, concessionis, indulti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Septuagesimo sexto, Nono kalendas Iulii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cesar Glorierius.

Pro Reuer. D. Summ. N. Aragonia.

Alexander de Alexijs.

Registrata apud Cesarem Secretarium.



GRE-



GREGORII XIII.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Refertur unio, & incorporatio Monasterij Sancti Maioli Papia Ordinis Cisterciensium Collegio Scholarium Borromaeo nuncupato facta à Pio Papa Quarto ad instantiam Caroli Card. Borromai.
- 2 Ab eodem Carolo Cardinal. Borromeo dictum Monasterium assignatur Patribus Congregationis Somascha, ut Ecclesia in Diuinis deseruant.
- 3 Dissoluitur predicta unio, & incorporatio quoad Monasterium, Ecclesiam, & coherentia duntaxat, unione quoad fructus, & alias in suo robore permanente.
- 4 Suppresso in predicto Monasterio Ordine Cisterciensi instituitur perpetuo in Domum Congregationis Somascha.
- 5 Patribus è introductis, eorumque Domui, & Ecclesia omnia priuilegia, & Gratias am spirituales.

quam temporales, quibus gaudent alia eiusdem Congregationis Domus, & Ecclesia, conceduntur.

6 Capitulo Generali eiusdem Congregationis, seu ab illo pro Tempore Deputatis conceditur facultas eligendi Superiorum, ceteraque personas eò introducendas, amouendi, sufficiendi in locum amotarum, &c.

7 Eliguntur Deputati pro præmissorum observationes, & ab omni suspensione, ac derogatione eximitur Bulla.



REGORIVS EPISCOPVS Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacri Apostolatus ministerio Diuina dispositione præsidentes, vota fidelium quorumlibet præsertim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, per quæ Religio propagationem, & Diuinus cultus augmentum suscipiant, ac Christi fidelium animarum Saluti, corumque Spirituali consolatione consulatur, benigno Nos decet fauore complecti; eaque ad exauditionis gratiam libenter admittere. Sanè Dilectus Filius Noster Carolus tituli Sanctæ Praxedis Præbiter Cardinalis Borromæus nuncupatus infra scripti Collegij perpetuus Administrator, tam suo, quam Dilectorum Filiorum Congregationis Clericorum Regul. de Somasca, alias Sancti Martini nuncupati Mediolanensis, nominibus, Nobis nuper exposuit, quod aliàs postquam fel. record. Pius Papa Quartus Prædecessor Noster Monasterium, seu Prioratum S. Maioli Papæ Cistercien. seu alterius Ordinis, tunc certo modo vacans Collegio Scholarium Borromæo nuncupato in Ciuitate Papien. sub certis modo, & forma tunc erigendo, ex tunc prout ex ea die, & è contra postquam erectum foret.

foret perpetuò vniuerat, annexerat, & incorporauerat; quod liceret eidem Carolo Cardinali quoad viueret, & deinceps eo vita functo ipsius Collegij Rectoribus, seu Gubernatoribus pro tempore existentibus dicti Monasterij, seu Prioratus fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta percipere, exigere, leuare, & in constructiōnem, aliosque dicti Collegij usus conuertere. Nec non eidem Monasterio, seu Prioratu per viuum Præbiterum Sæcularem, vel eiusdem Ordinis Regulari ad ipsius Ca-
roli Cardinalis, & pro tempore existentium Rectorum, seu Gubernatorum præfatorum nutum ponendum, & amouendū, in Diuinis deseruire, & animarum curam illi forsitan imminentem exerceri facere, Ordinarij loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, prout in ipsius prædecessoris literis desuper confessis pleniùs continetur. Idein Carolus Cardinalis ad hoc, vt Ecclesia dicti Monasterij, seu Prioratus debit is propterea non defraudaretur obsequijs, sed in ea Diuinus cultus in dies susciperet incrementum, Ecclesiam ipsam, ac dicti Monasterij, seu Prioratus Aedificia & struc̄turas, quæ non modica reparacione indigebant prædictæ Congregationi Clericorum Regularium, qui eidem Ecclesiæ in diuinis deseruire, & onera ei incumbentia supportare deberent, prout ad id se sponte obtulerunt, sub certis modo, & forma, concessit, & assignauit, prout in publico desuper confesso Instrumento dicitur pleniùs contingi. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, Clerici, & Præbiteri eiusdem Congregationis in eodem Monasterio, seu Prioratu introducti circa Missarum, & aliorum Diuinorum officiorum celebrationem adeo intenti, & diligentes fuerint, & sint, vt fere omnes ipsius Ciuitatis Incolæ ex eorum Clericorum, & Præbiterorum laudabili vita, & doctrina non paruam consolationem spirituale in suscepserint; ac propterea si Vnio, Annexio, & Incorporatio huiusmodi,

quoad ipsum Monasterium seu Prioratum , illiusque Ecclesiam, & cohærentia structuras , & ædificia dumtaxat dissoluerentur , Vnione ipsa quoad fructus dicti Monasterij , seu Prioratus , ac alias in omnibus , & per omnia in suo robore permanente; Nec non Monasterium, seu Prioratus huiusmodi , suppresso in eo dicto Ordine, in Domum dictæ Congregationis Reg. pro vno Correctore, & non minus quam qui a tuor Præbiteris ipsius Congregationis, qui in dicta Ecclesia Diuina officia celebrare, & animarum curam , si qua illi immineret , exercere deberent, erigeretur : Nec non Ecclesia præfata eiusdem Correctori , & Præbiteris pro Ecclesia dictæ Domus concederetur ; ac pro illorum sustentatione eisdem de alicuius subventionis auxilio prouideretur : ex hoc profectò in dicta Ecclesia Diuini Cultus augmento , ac Spirituali consolationi illius Parochianorum, si qui sint , nec non instituti dictorum Clericorum Reg. propagationi opportunitè consuleretur . Quaré idem Cardin. nominibus prædictis humiliter supplicavit, quatenus in præmissis opportunè prouidere de Benignitate Apostolica dignaremur . Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus , quod semper in Vnionibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interesset , Congregationem huiusmodi, illiusque singulares Personas , à quibusquis excommunicationis, suspensionis, & interdicti , alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à luce , vel ab Homine quavis occasione , vel causa latet , si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absoluentes , & absolutos fore censentes , huiusmodi supplicationibus inclinati , Vnionem , Annexionem , & Incorporationem prædictas quoad Monasterium , seu Prioratum , illiusque Ecclesiam , & cohærentiam , structuras , & ædificia prædicta iuxta dicti Instrumenti tenorem , dumtaxat vnone ipsa quoad fructus Monasterij, seu Prioratus huiusmodi , ac alias in omnibus , &

per .

per omnia in suo robore permanente, auctoritate Apostoli-
ca tenore præsentium dissoluimus, nec non in ipso Monaste-
rio, seu Prioratu, Ordinem prædictum sui primus, & extin-
guimus , ipsumque Monasterium , seu Prioratum in Do-
mum Congregationis Clericorum Reg. huiusmodi pro vno
Correctore, & ad minus quatuor Præbiteris dictæ Congre-
gationis, qui singulis diebus in prædicta Ecclesia omnes
Horas Canonicas recitare, & quatuor Missas ad minus cele-
brare , & quolibet Anno in die Festivitatis ipsius Sancti Ca-
li Solemnia prout hucusq. consuevit, peragere, ac duos Pue-
ros in habitu Clericali incedentes, qui Diuinorum celebratio-
ni assistant, in dicta earum Domo alere: Nec non, & Dilecto
Filio Ioanni ipsius Monasterij Monaco, Ordinem ipsum ex-
pressè Professo eius vita durante, alimenta , & vestitum , ac
habitationem subministrare teneantur; perpetuò erigimus,
& instituimus, ipsamque Ecclesiam Correctori , & Clericis
Congregationis huiusmodi pro Ecclesia dictæ Domus sic
erectæ , & institutæ concedimus, eis que ut commodiū sū-
stentari valeant, de alicuius sustentationis auxilio prouidere
volentes , quod idem Carolus Cardinalis , & ipsius Colle-
gij Rectores, seu Gubernatores pro tempore existentes libras
trecentas imperiales eidem Correctori , & Clericis in Do-
mo præfata pro tempore degentibus , videlicet eorum
Procuratori , ad hoc ab eis speciale Mandatum, habenti , ex
fructibus, redditibus , & prouentibus Monasterij, seu Priora-
tus huiusmodi annis singulis, pro vna videlicet in Resurre-
ctionis Domini Nostri Iesu Christi , & altera medietatibus
trecentorum librarium huiusmodi in Sancti Martini Festivita-
tibus , integrè perfoliure teneantur, statuimus , & ordina-
mus. Decernentes Carolum Cardinalē & pro tempore exi-
stentes ipsius Collegii Rectores seu Gubernatores prædi-
ctos ad integrum solutionem ipsarum librarum trecen-
tarum eidem Correctori, & Clericis faciendam, iuxta statu-
ti, &

30

ti, & ordinationis prædicatorum tenorem fore efficaciter obligatos, & volentes, & eadem auctoritate statuentes, quod si Carolus Cardinalis, & Rectores, seu Gubernatores præfati in dictis festiuitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediatè sequentes, trecentas libras prædictas per eos tunc debitas non persoluerint, cum effectu lapsis diebus eisdem, ipsi Carolo Cardinali ingressus Ecclesiæ interdictus existat; Rectores verò, seu Gubernatores præfati sententiam excommunicationis incurant, & donec Correctori, & Clericis, videlicet Procuratori præfatis de dictis trecentis libris integrè satisfactum, aut alias secum, videlicet cum dicto Procuratore super hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo constituti, Carolus Cardinalis videlicet relaxatione Interdicti; Rectores verò, seu Gubernatores ab excommunicationis sententia huiusmodi absolutionis beneficium nequeant obtinere. Si verò per sex menses, dictos triginta dies immediatè sequentes Carolus Cardinalis sub interdicto permanferit; Rectores autem, seu Gubernatores præfati excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint; Rectores, seu Gubernatores videlicet animo, quod absit, indurato, ex tunc effluxis mensibus ipsis, uno, annexio, & incorporatio quoad fructus Monasterij, seu Prioratus huiusmodi, ac alias, ut præfertur, dissolutæ sint, ipsæque trecentæ libræ ipsi Ecclesiæ pro dictis Correctori, & Clericis applicatae, & appropriatae sint, & esse censeantur, eo ipso. Ac insuper Correctori, & Clericis reguli in dicta Domo, ut præfertur, introductis, & pro tempore degentibus præfatis, quod tam ipsis, quam Domus, illiusque Ecclesia huiusmodi omnibus, & singulis privilegijs, favoribus, gratijs, indulgentijs, & antelationibus, quibus aliæ eiusdem Congregationis Domus, & Ecclesiæ de iure, vel consuetudine, aut alias vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri,

5 & gau.

31

& gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pâriformiter, & absque vlla penitus differentia, vti frui, & gaudere liberè, & licetè valeant. Quodque eius Congregationis Capitulum Generale, seu ab illo pro tempore Deputati, 6 personas in eadem Domo, & Ecclesia introducendas, earumque Superiorem, qui eas salubriter regat, & dirigat, eligere, & destituere, & ad eius nutum de dicta Domo amouere, aliosque eorum loco sufficere posint, & valeant, concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes litteras nullo vñquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu quopiam alio defectu, & ex eo quod interesse prætendentes vocati non fuerint, notari, impugnari, seu ad terminos iuris reduci, aut in Ius, vel controvrsiam vocari nullatenus posse, neque debere; minusque sub quibuscumque reuocationibus, suspensiobibus, annullationibus, limitationibus, derogationibus, vel quibusvis alijs contrarijs dispositionibus à Sede Apostolica in fauorem etiam quorumuis emanatis, & emanandis reprehendi posse, seu debere. Et si vlo vñquam tempore contigerit Clericos Regulares in dicta Domo degentes, salvo tamen vltimo impedimentoo alicuius ex ipsis breui tempore duraturo, præmissa omnia, ad quæ tenentur, & ad id per Carolum Cardinalem, seu Rectores, vel Gubernatores prædictos iteratis vicibus requisitos, non adimplere, seu in eorum aliquo deficere, tunc, & in eo casu, vniōrem, annexionem, & incorporationem, ut præfertur, dissolutas prædictas in pristinum statum restituas esse, ac Carolum Cardinalem, seu Rectores, & Gubernatores prædictos ad solutionem trecentarum librarum huiusmodi Correctori, & Clericis præfatis, ex tunc, & de cætero faciendam minimè teneri, præsentes quoque nullius roboris, vel momenti existere, nec in aliquo eiusdem Correctori, & Clericis suffragari posse

posse, autdebere, irritum quoque, & inane quidquid
secus à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari.
Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepisco-
po Medio anens. & Episcopo Papiens. ac dilecto filio Præ-
posito Sancti Petri ad Vlmum Ordinis Canonicorum
Regularium Congregationis Lateranens. Mediolanens. Diœ-
cesis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel
duo, aut vnuis eorum per se, vel per alium, seu alias,
præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, &
quando expedierit, ac quoties pro parte Caroli Cardina-
lis, seu Rectorum, vel Gubernatorum, ac Correctoris,
& Clericorum, seu Congregationis prædictorum, vel a-
licuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes,
eisque in præmissis efficacis Defensionis præsidio assisten-
tes faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis
contenta quæcunque firmiter obseruari, illisque pacifi-
cè frui, & gaudere, ac trecentas libras prædictas Corre-
ctori, & Clericis in prædicta Domo pro tempore de-
gentibus, vel Procuratori præfatis, annis singulis statuti,
& ordinationis, ac decreti prædictorum continentium,
& tenore integrè persolui, non permittentes eos, vel co-
rum aliquem desuper per quoscunque quomodolibet inde-
bitè molestari, & nihilominus quemlibet ex Carolo
Cardinali, & Rectoribus, seu Administratoribus præfa-
tis, quem huiusmodi Interdicti, aut excommunicationis
sententiam eis incurrisse constiterit, quoties super hoc pro
parte Correctoris, & Clericorum in dicta Domo degen-
tium prædictorum fuerint requisiti, tamdiu Dominicis,
& alijs festiis diebus in Ecclesijs, dum maior inibi po-
puli multitudo ad Divina conuenerit, Interdictum, vel
Excommunicationum publicè enuncient, & faciant ab alijs
enunciari, ipsumque excommunicatum ab omnibus ar-
ctius clutari, donec Correctori, & Clericis in dicta Dô-
mo des-

mō degentibus, vel eorum Procuratori præfatis detrecen-
tis libris prædictis fuerit integrè satisfactum, ac interdi-
ctus relaxationem interdicti, excommunicatus verò ab
excommunicationis sententia huiusmodi absolutionis be-
neficium meruerit obtainere; Contradictores quoslibet,
& rebelles, per sententias, censuras, & poenas Ecclesia-
sticas, ac alia opportuna Iuris remedia, appellatione post-
posita compescendo, ac ultimis super his habendis serua-
tis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas incur-
risse declarando, illasque, & iteratis vicibus aggrauando,
inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sœcula-
ris. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta,
ac felic. recordat. Bonifacij. Papæ Octavi Prædecessoris
Nostrí, in qua cauettur, ne quis extra suam Ciuitatem,
vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ul-
tra una diæta à fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur.
Seu ne Iudices à Sede Apostolica deputati, extra Ciuita-
tem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quo-
scunque procedere, aut alii, vel aliis uices suas commit-
tere quoquomodo præsumant, & de duabus Diætis
in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres diætas
aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non traha-
tur; ac Lateranensis Concilii nouissimè celebrati unio-
nes perpetuas nisi in casibus à Iure permisis fieri prohiben-
tis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Aposto-
licis, nec non Monasterii, seu Prioratus, & Ordinis pro
prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis, statutis, & Conuetudi-
nibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis,
illis sub quibuscumque tenoribus, & formis, accum qui-
busuis, etiam derogatorijs, aliisque efficacioribus, &
insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis,
& motu proprio, & ex certa scientia, & iteratis vici-

E bus,

bus concessis, probatis, & innouatis. Quibus omnibus, & si pro illorum sufficienti derogatione de illis, de corumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis clausulis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si Carolo Cardinali, & Rectoribus, seu Gubernatoribus præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuissim ab Apostolica Sede sit indultum, quod ad præstationem, vel solutionem alicuius respcionis annuæ minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet, vel differri, ut de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ Absolutionis, dissolutionis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, concessionis, statuti, Ordinationis, decreti, voluntatis, indulti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit in cursu rum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Inearnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Septuagesimo.

mo Quinto, Kalendis Maii, Pontificatus Nostri anno tertio.

Cæsar Glorierius.

Ferd. Card. de Medicis Summator.
Fidem facio, & attestor ego Infrascriptus Vicarius Generalis Congregationis Somaschæ, & Præpositus Sancti Maioli Papiæ reperiri in archivio dicti Collegij simile Breue Sanctissimi PP. Gregorii XIII. expeditem, signatum, & cum Sigillo plumbi pendente, ibidemque asservari. In quo- rum fidem Papiæ die 10. Iulii 1663.

P. Hieronymus Gallianus Vicar. Generalis Congr. Somaschæ, & Præpositus S. Maioli.



36

SIXTI QVINTI

B V L L A.

S V M M A R I V M:

- 1 Eximuntur bona Congregationis, & omnia ad ipsam pertinentia ab omni iurisdictione, & locorum Ordinariorum potestate.
- 2 Conceditur Sacerdotibus eiusdem facultas celebrandi in alienis Ecclesiis, audiendi confessiones quorumcunque fidelium, & sacrum Eucharistia sacramentum ministrandi, excepto die Paschatis.
- 3 Ut non possint cogi ad funera, aut ad praestandum personale officium maioribus Ecclesiis, neque etiam Episcopis.
- 4 Ut non possint professi Congregationis ad aliam Religionem transmeare, etiam arctioremsine Superioris licentia, exceptis tribus, secus facientes Apostasia pœna multantur.
- 5 Ut possint ipso professionis die à delecto sibi Confessario ab omnibus casibus, etiam Bullæ in cœna Domini absolui, à quacunque irregularitate, excepta bigamia, & homicidij voluntarij.

I X T V S E P I S C O P V S Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Aequum reputamus, & rationi consonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia, præsertim in personarum Ecclesiasticarum commodum processerunt, licet eius super-

37

superueniente obitu literæ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum Sortiantur effectum. Dudum si quidem fel. record. Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro pro parte Dilectorum filiorum Præpositi, & Clericorum, aliarumque personarum Regularium Congregationis Sancti Maioli, alias Somaschæ sub Regula Sancti Augustini canonice institutæ, & Apostolica authoritate confirmatae supplicato, quatenus eos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi de benignitate Apostolica dignaretur. Præfatus Prædecessor, qui circa statum personarum quarumlibet diuino cultui emancipatarum salubriter dirigidum paterna sollicitudine libenter prospiciebat, ac earum oppressiones, & grauamina releuabat, vt quibuslibet perturbationibus semotis facilis valerent Altissimo suum exhibere famulatum; eosdem Præpositum, Clericos, & personas Regulares specialis gratiae fauore prosequi volens, & à quibuslibet Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à luce, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existebant, ad effectum infrascriptorum duntaxat consequendum, absoluens, & absolutos fote censens huiusmodi supplicationibus inclinatus sub datum 13. Id Martij Pont. sui anno 13. omnes, & singulos dictæ Congregationis Præpositum Generalem, Superiores, Officiales, Presbyteros, Clericos, ceteraque personas professas, & non professas, nec non familiares, & ministros, cum omnibus & singulis Ecclesijs, Oratorijs, Coemeterijs, Capellis, Domibus, Conuentibus, mobilibus, & immobilibus, præsentibus, & futuris bonis, ac iuriibus & iurisdictionibus quibuscumque ac rebus tam sacris, & religiosis, quam profanis ad ipsam Congregationem spectantibus & pertinentibus, & vbiunque existentibus, quæ de præsenti legitime possident, & in posterum Deo iu-

uante canonice per eos acquiri contigerit, ab omni iurisdictione, dominio, potestate, superioritate, subiectione, visitatione, correptione quorumcunque locorum Ordinariorum, quacunque dignitate, praeeminentia, & authoritate fungentibus, & aliorum Iudicium Ecclesiasticorum, & Sacerdotalium Apostolica authoritate in perpetuum exemit, & liberavit, & sub sua, & Sedis Apostolicæ, ac Beati Petri protectione immediate recepit, ipsosque Praeposito Generali, Clericis, & personis, ut idem Ordinarij, vel Vicarii, & Officiales, aut alii quicunque Iudices, etiam ratione criminis, delicti contractus, vel rei de qua ageretur, vbi cunque committeretur delictum, iniuratur contractus, & res ipsa confisteret, nullam in Praepositum, personas Congregationis, ac res, & bona prefata iurisdictionem, potestatem, superioritatem, & dominium exercere possent; nec non omnes, & singuli ipsius Congregationis Presbyteri Regulares à suis Superioribus ad id specialiter approbati, eorumque licentia, vel consensu desuper requisito, & obtento possent in Ecclesiis propriis ipsius Congregationis, vel etiam in aliis etiam quibuscunque de licentia illorum Superiorum Missas celebrare; Confessiones quorumcunque Christi fidelium, etiam alienæ Parochiæ subditorum audire, & Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum ministrare quibuscunque festiis, & non festiis, ac Dominicis diebus, & omnibus temporibus, Paschatis duntaxat exceptis, neque sub praetextu antiquæ consuetudinis, etiam ex eo quod Ecclesiæ in quibus Sacraenta huiusmodi ministrarent, aut munia obirent, aut alio modo deseruirent, subditæ essent alteri Ecclesiæ tanquam Matrici, aut Cathedrali, seu Titulari, vel alias, idcirco in aliquibus solemnitatibus, aut temporibus iuxta priscum morem Clericorum deseruentium in talibus Ecclesiis subditis ipsi Presbyteri, & Clerici regulares dictæ Congregationis maioribus huiusmodi Ecclesiis, vel locorum

rum

rum Ordinarijs, etiam Episcopali, vel Archiepiscopali, aut maiori dignitate fungentibus, etiam S. R. E. Cardinalibus quocunque priuilegio, & facultate suffultiis assistere, seu inservire, siue ullum personale seruitum praestare, aut aliquomodo ministrare, neque ad funera defunctorum, nisi eorum, quos in Ecclesiis ipsius Congregationis sepelire contigerit, etiam vocati accedere tenerentur, neque ad id cogi, aut compelli vlo modo possent, dicta auctoritate concessit, & indulxit. Præterea vniuersis, & singulis, qui in ipsa Congregatione professionem emiserant, vel emitterent, ne in posterum ad quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem, etiam si arctior in eo vigeret regularis obseruantia, fratrum Minorum Capucinorum nuncupatorum, & Cartusianorum duntaxat Ordinibus exceptis, nisi obtenta prius à Superiore dictæ Congregationis licentia, transire valerent, & in singulos tam transeuntes Apostasiæ poenam, quam ipsos, & illorum receptatores, etiam cuiuscunque Privilégii Apostolici praetextu, cui ad hunc effectum idem Praedecessor specialiter, & expressè derogauit, excommunicatiis sententiæ, à qua nonnisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem absolvi possent, promulgauit. Postremò omnibus, & quibuscunque personis professionem regularem in dicta Congregatione emissuris, in ipsa Professionis emissionis die, ut aliquem dictæ Congregationis Presbyterum sibi possent eligere confessorem, qui ipsos confessione eorum tunc auditæ à quibusvis excommunicatiibus aliisque Ecclesiasticis sententiis, cenfuris, & poenis à iure, vel ab homine, etiam in quibus insordescerent, & declarati, & publicati forent, etiam in casibus Sedi Apostolice referuatis, & in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, facta prius debita satisfactione, & sine alicuius præiudicio, semel tantum initincta salutari poenitentia absoluere possent, facultatem concessit, & indulxit, ac cum eisdem su-

E 4

per

per quacunque Irregularitate ex quacunque causa , præter quam ex homicidio voluntario , ac bigamia quomodolibet contracta , etiam si censuris præfatis ligati Missas , & alia diuina Officia , non tamen in contemptum Clauium celebrarent , vel aliæ diuinis se immiscerent , ita ut ea non obstante nondum promoti , omnes etiam sacros , & Presbyteratus Ordines suscipere , & promoti in susceptis per eos Ordinibus huinsmodi , etiam in Altaris ministerio ministrare liberè , & licitè valerent , eo ipso , quòd professionem emitterent , auctoritate præfata dispensauit ; non obstantibus quibusvis Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ac in Provincialibus , & Synodalibus Conciliis editis generalibus , vel specialibus , nec non quibusvis Decretis , etiam iuramento , confirmatione Apostolica , vel quatuor firmitate alia roboratis , Statutis , & Consuetudinibus , cæterisque contrariis quibuscunque . Ne autem de Absolutione , exemptione , liberatione , receptione , singulis concessionibus , Indultis , & dispensatione Gregorii prædecessoris huiusmodi pro eo , quòd super illis , eius superueniente obitu , literæ confectæ non fuerunt , valeat quomodolibet hæsitari , ipsique Præpositus Generalis , Clerici , & aliæ personæ Congregacionis huiusmodi illorum frustrarentur effectu , Volumus , & similiter Apostolica auctoritate decernimus , quòd absolutio , exemptio , liberatio , receptio , singulæ concessiones , Indulta , & dispensatio Gregorii prædecessoris huiusmodi perinde à dicta die Id. Martii suum fortiantur effectum , ac si super illis prædicti Gregorii prædecessoris literæ sub eiusdem diei datum confectæ fuissent , prout superius exaratur . Quodque præsentes litteræ ad probandum plenè absolutionem , exemptionem , liberationem , receptionem , singulas concessiones , indulta , & dispensationem Gregorii prædecessoris huiusmodi vbiique sufficiant , nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis , & decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum eius se mouerit incursum .

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1585. kalend. Maii. Pontificatus Nostri an. non primo.

Locus  Sigilli plumbei.



SIXTI QVINTI

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Refertur vacatio Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariae Secretæ Mediolani per resignationem Ioannis Baptiste Bagaroti eiusdem Ecclesia Rectoris in Sanctitatis Sua manibus sponte factam.
- 2 Ecclesia predicta cum annexis Iuribus, & pertinentijs quibusunque Congregationi Somascha in perpetuum assignatur.
- 3 Conceditur Patribus eidem Ecclesia deseruire in Diuinis, & in recitatione Horarum Canonicarum more Romano, curamque animarum illi imminenter exercere.
- 4 Munitur Bulla firmis clausulis, & ab omni suspensione, ac derogatione liberatur.



IXTVS EPISCOPVS Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, in quo potestatis plenitudo consistit de statu Parochialium Ecclesiarum, ac Religiosorum personarum quarumlibet commoditatibus sollicitus, circa ea, per quæ aliarum saluti consuli possit, libenter intendit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Duxit

43

dum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura apud Sedem Apostolicam tunc vacanta, & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane si secùs super his à quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contingenter attentari. Cum itaque postmodum Parochialis Ecclesia B. Mariæ Secretæ nuncupata Mediolanen. per liberam resignationem dilecti Filij Io: Baptiste Bagaroti ipsius Ecclesiæ Rectoris, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, apud Sedem eandem vacauerit, & vacet ad prælens, nullusque de illa præter Nos, hac vice disponere potuerit, & siue possit, reseruatione, & decreto obseruentibus supradictis; Et, sicut exhibita Nobis pro parte dilectorum filiorum Præpositi, & Clericorum Regularium Congregationis Sancti Maioli, alias de Somasca nuncupatorum, in Ecclesia Sancti Maioli præfati canonicè institutæ petitio continebat, si dicta Ecclesia eidem Congregationi, cuius laudabile institutum, bonique, & latidabiles fructus in Domino, in dies, probitate viræ, ac sinceritate morum accedente, magnam præstat deuotionem, perpetuò concederetur, & assignaretur, ex hoc profecto in dicta Ecclesia Diuinus cultus augeretur, & saluti animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ipsius Ecclesiæ consuleretur, pro parte Præpositi, & Clericorum prædicatorum, afferentium, fructus, redditus, & prouentus ipsius Ecclesiæ, nonaginta duorum auri de Camera secundum veram estimacionem, valorem annum non excedere, Nobis fuit humiliiter supplicatum, ut Ecclesiam ipsam eidem Congregationi perpetuò concedere, & assignare, ac alias in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes, beneficia Ecclesia alijs yniri, teneantur exprimere verum

eo ad

F 2 valo-

valorem secundum aestimationem praedictam, & beneficij, cui aliud vniuersitate petretur, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest; eodem Praeposito, & Clericos, ac singulares personas dictae Congregationis à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, centuris, & pennis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat, consequendum, harum serie abscluentes, & absolutos fore censentes, aliarumque unionum eidem Congregationi hactenus factarum tenores, nec non fructuum, reddituum, & prouentuum dictae Congregationis veros annuos valores pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Ecclesiam praedictam, sive praemitto, sive alio quavis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem resignationem dicti Io: Baptiste, vel cuiusvis alterius, de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem fel. record. Ioannis Papæ XXII. praedecessoris nostri, quæ incipit: Execrabilis, vel asecurionem alterius beneficij Ecclesiastici quavis autoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad Sedem praedictam legitime deuoluta, ipsaque Ecclesiastica dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eius dispositio ad Nos bac vice pertineat, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis eidem Congregationi, ita quod liceat Praeposito, & Clericis pro tempore existentibus Congregationis huiusmodi per se, vel alium, seu alios, corporalem, realem, & actualem possessionem Ecclesiae, & annexorum, iuriunque, & pertinentiarum, nec non bono-

bonorum, & aliorum quorumcunque propria authoritate liberè apprehendere, & apprehensa retinere, ac fructus, redditus, & prouentus Ecclesiae huiusmodi in suos, ac Congregationis, & Ecclesiae praedictarum usus, & utilitatem conuertere, nec non eidem Ecclesiae in diuinis, & in recitatione Horarum canonicarū more Romano quotidie, prout decet, deseruire, & animarum curam illi imminentem exercere, Dioceſani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, Apostolica authoritate, tenore praesentium, perpetuò concedimus, & assignamus, Decernentes, praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel ob optionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, & ex eo, quod in præmissis interessent, seu prætendentes, vocati non fuerint, notari, impugnari, aut in ius, vel controvërsiam, seu ad terminos iuris reduci, & ad quorumcunque instantiam, vel quacunque ratione, seu causa in integrum restitui, aut quodvis iuris, vel gratiæ remedium contra easdem praesentes impetrari, aut ab alio, vel ab alijs impetratis, seu motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis uti posse, causisque vel causas, propter quas exdem praesentes à Nobis emanarunt, coram quoque, seu quibuscunque iudicibus tam Ordinarijs, quam delegatis, etiam dicto loci Ordinario, verificate minimè teneri, nec ob id viribus carere; nec non quoad concessionem, & assignationem huiusmodi, prout est, & attentatum forsitan est hactenus, & quoad illas, & reliqua, ex tunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignorantē contigerit attentari. Non obstantibus priori voluntate nostra, ac Lateranens. Concilij nouissimè celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus à iure permisis fieri prohibentis, nec non pia memorie Bonifacii Papæ Octavi etiam praedecessoris no-

stri, & alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & Ordinationibus, illis præsertim, quibus inter alia caueri dicitur expressè, ne Regulares viri in posterum in ea loca Monasterijs Monialium vicina migrare, neue areas eisdem Monasterijs proximas ædificandi causa quomodolibet acquirere possint, vnde Monialium ipsarum aspectus fieri valeret; quibus omnibus, etiamsi de illis, coramque totibus tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda esset, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus, speciales, vel generales dictæ Sedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem literas, & processus habitos per eosdem, ac inde secuta quæcumque, ad dictam Ecclesiam volumus non extendi; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibusuis alijs indulgentiis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, prouiso quod propter concessionem, & assignationem huiusmodi, dicta Ecclesia debitum non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera consueta. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, assignationis,

tionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominice 1585. 8. Idus Iulii, Pontificatus nostri anno primo.



CLEMENTIS VIII

B V L L A .

S V M M A R I V M .

- 1 Omnia Privilegia Sixti Quinti, & Gregorij Decimiertij, rata fiunt & confirmantur, & Constitutiones, ac Statuta Congregationis approbantur, & roborantur.
- 2 Defectum natalium dispensandi ad omnes Ordines suscipiendos, ad quamcunque Congregationis administrationem, & dignitatem suscipiendam facultas conceditur.
- 3 Ut possint Visitatores Congregationis Orphanotrophia, & loca puerorum, & puellarum eorum cura & subiecta ut libuerit inuisere, etiam non obtenta à Gubernatoribus rerum temporalium licentia, impudentes anathemate multantur.
- 4 Ab onere audiendi confessiones Monialium præterquam Orphanorum liberantur; nonnisi de consensu duarum ex tribus partibus Capituli Generalis huiusmodi onera suscipere possunt.
- 5 Omnes professiones emissæ validæ rataque fiunt.
- 6 Ab omnibus derogationibus &c. haec Bullæ eximuntur.



LEMENS EPISCOPVS Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Decet ex benignitate Sedis Apostolicæ studio protenire, & ea, quæ pro Diuini cultus augmentatione, Religionis propagatione, & animarum salute prouida statione concessa sunt, suæ protectionis munimine confouere.

Vnde

Vnde nos ad eiusdem apicem diuina disponente clementia assumpti, his quæ propterea facta comperimus, nostræ probationis robur, cum à nobis petitur, libenter adjiciamus, vt eò firmius subsistant, quò Sedis eiusdem protectione sæpius fuerint circumfulta. Sànè pro parte dilectorum filiorum Præpositi, & Presbyterorum Congregationis Clericorum regularium de Somascha alias Sancti Maioli Papien. nuncupatæ exhibita nobis nuper petitio continebat, quòd cum iam ab Anno Domini 1528. ad gloriam omnipotentis Dei, populorumque ædificationem, & Salutem, ac pauperum subuentiōnem vña pia Congregationis Clericorum regularium de Somascha, alias Sancti Maioli Papiens. nuncupata, cuius fundator, & primus auctor fuit q. Hieronymus Miani Ciuis Venetus, instituta, & postea à fel. re. Paulo III. cum facultate eligendi Superiorē, & condendi Constitutiones, locaque pro educatione Orphanorum, & alijs operibus pijs exercendis vbiunque accipendi: Nec non à piæ mem. Pio IV. qui etiam nonnullas Indulgentias, & gratias spirituales ei concessit, approbata; & demum à recolendæ mem. Pio V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris in Religionem Clericorum regularium huiusmodi cum facultate emittendi tria Vota, redacta, atque erecta, exindeque eadem Religio, cui vñus Præpositus Generalis eius Gubernator, & Rector præst, & cuius ministri pro tempore probati, & magis idonei reperti, simulque vita, moribus, & charitatis ferore commendati ipsorum Orphanorum, nec non etiam aliquorum Seminariorum, quorum ipsa Congregatio curam suscepit, ac Scholarum, & Academiarum in ea tam ad Orphanorum, quam aliorum puerorum institutionem erectam, alijsque pijs operibus & exercitijs occupantur diuersimodè, & in quamplurimi Italiae ciuitatibus, ac locis ad maiorem Dei omnipotentis gloriam, & eius fidei propagationem, proximique sub-

G

uen-

uentionem aucta, & propagata fuerit, ac in dies propagatur, vberesque fructus in Vinea Domini ex eadem prouenire noscantur, intuituque, & in fauorem tam piorum operum similis memoriae Gregorius Papæ XIII. similiter prædecessor noster eidem Congregationi inter cætera sub datum 13. Id. Martii Pont. sui anno 13. Præpositum Generalem, aliosque Superiores, & personas professas, & non professas eiusdem Congregationis, nec non familiares, & ministros cum omnibus suis Ecclesiis, Oratoriis, Cœmeteriis, Capillis, Domibus, Conuentibus, mobilibus, & immobilibus, aliisque bonis, ac iuribus, Iurisdictionibus, & rebus, tam præsentibus, & futuris, tam sacris, & religiosis, quam profanis ad dictam Congregationem spectantibus, vel quæ in futurum spectarent, ab omni iurisdictione, dominio, potestate, superioritate, subiectione, visitatione, & correctione quorumcunque locorum Ordinariorum quacunque dignitate, præminentia, & authoritate fungentium, & aliorum Iudicium Ecclesiasticorum, & Secularium Apostolica authoritate in perpetuum exemit, & liberauit, & sub sua, & Sedis Apostolicæ, ac Beati Petri protectione immediate recepit; Nec non Præposito Generali, & aliis præfatis, quod idem Ordinarii, vel Vicarii, & officiales, aut alii quicunque Iudices, etiam ratione criminis, delicti, contractus, vel rei, de qua agitur, vbiunque committatur delictum, ineatur contractus, & res ipsa consistat, nullam in Præpositum, personas, res, & bona Congregationis huiusmodi iurisdictionem exercere possint, præterquam in casibus decretorum Conc. Trid. ipsi verò Presbyteri dictæ Congregationis regulares Missas celebrare, & Confessiones etiam alienæ Parochię subditorum audire, & sacram Eucharistiam omnibus anni temporibus, Paschatis duntaxat exceptis, ministrare valeant, concederit, ac quod Ecclesiæ dictæ Congregationis non essent subditæ alteri Ecclesiæ, tanquam Ma-

trici,

trici, vel Cathedrali, seu titulari, ipsique Presbyteri, & Clerici regulares maioribus huiusmodi Ecclesijs, vel locorum Ordinariis, etiā Cardinalibus assistere, vel seruitum aliquod præstare, seu ad funera defunctorum, nisi eorum, quorum Cadavera in Ecclesijs ipsius Congregationis sepelitentur, accedere minimè tenerentur, etiam concesserit, & indulserit, volueritque, quod illi, qui in dicta Congregatione professionem pro tempore emisissent, ad aliquem alium Ordinem, & Congregationem, etiam si arctior inibi vigeret Regularis obseruantia, exceptis solùm Ordinibus Capucinorum, & Cartusianorum, nisi obtenta prius à Superiore dictæ Congregationis licentia, transire nullatenus possent sub poena apostasie, ac excommunicationis latæ sententiæ, quam tam in ipsos transeuntes, quam eorum receptores, etiam cuiuscunque priuilegii Apostolici prætextu, cui ad hunc effectum specialiter derogauit, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis absolui valerent, promulgauit, & alias, prout in Pauli Tertii, Pii Quarti, & Pii Quinti, ac pro eo, quod antequam literæ super exemptione, & aliis præfatis conficerentur, dictus Gregorius prædecessor rebus suis humanis exemptus, in similis me. Sixti Quinti, pariter prædecessoris nostri literis desuper confessis pleniū continetur. Cum autem, sicut eadem ex positio subiungebat, ipsi Præpositus, & Presbyteri cupiant præmissa omnia per nos confirmari, & approbari, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum desiderio annuere, aliasque in præmissis opportunè prudere de benignitate Apostolica dignatemur. Nos attentes ad diligentem, & fructuolam culturam ipsius Vineæ Domini, quam prædicti Presbyteri, & Clerici Regulares studio indefesso multis piis, ac laudabilibus exercitiis in dies faciunt, ac volentes propterea illos, dictamque Congregationem amplioribus fauoribus, & gratiis

G 2 pro-

prosequi Præpositum, & singulares personas Congregationis huiusmodi à quibusvis ex communicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quib. quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluente, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula prefata, & quecunq; alia Priuilegia, Exemptiones, Immunitates, concessiones, facultates, prærogatiwas, indulta, fauores, & gratias præfatæ Congregationi, singulisque illius Domibus, Conuentibus, Collegiis, Ecclesiis, Capellis, Ora- toriis, Hospitalibus, & locis, nec non Præposito Generali, aliisque Superioribus, & personis tam professis, quam non professis, ac familiaribus, domesticis, eisque alias quomodo- libet inseruientibus, tam per supradictos, quam alios Romanos Pontifices prædeceßores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, eiusque authoritate quomodolibet concessa, ac desuper confessas literas, omniaque in eis contenta; Nee non etiam omnia, & singula statuta, ordinationes, Regulas, & cōstitutiones in vniuersa Congregatione prædicta hucusque editas, licitas tamen, & honestas, sacrisque Canonibus, & Concilio Tridentin. minimè contrarias authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus, & confir- mamus, illisque omnibus, & singulis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, supplentes omnes, & singulos, ac qto- scunque, & qualescunque Iuris, & facti, ac etiam solemnitarum, & alios quantumuis substantiales etiam de necessi- tate exprimendos defectus, si qui in eis, aut eorum aliquo quomodolibet interuenerint. Ac insuper eidem Congre- gationi, eiusque Præposito Generali, quod ipse Præpositus cum voto eius Consiliariorum à Capitulo generali deputa- torum cum quibusvis eiusdem Congregationis professis defectum Natalium patientibus, etiam ad eosdem omnes, etiam

etiam sacros, & presbyteratus Ordines suscipiendum; ac in eisdem in Altaris ministerio etiam ministrandum, necnon ad quamcunque ipsius Congregationis admi- nistrationem, officium, & dignitatem recipiendum, ac retinendum, & exercendum dispensare, idem- que Præpositus Generalis, & Visitatores eiusdem Con- gregationis toties, quoties opus esse iudicauerint, Orpha- notrophia, & loca tam puerorum, quam puellarum sub cu- ra, regimine, & administratione, ac disciplina dictæ Congre- gationis existentia, absque eo, quod desuper à Gubernatori- bus, sive oœconomis, & Administratoribus rerum tempora- lium ipsorum impediantur, sub poena Excommunicationis maioris latæ sententiæ statim per impedientes ipso facto in- currenda, si post monitionem ab Episcopo faciendam ab hu- iusmodi impedimentis non destiterint, à qua nonnisi à Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo absolui queant, sine præiudicio Iurium Episcopi, visitare, & quæ reforman- da fuerint circa disciplinam eorundem Puerorum, & Puella- rum, ac regimen spirituale, reformare liberè, & licite valeant authoritate, & tenore præsentium præfatis licentiam, & fa- cultatem concedimus, & impertimur. Ut autem Congre- gatio ipsa, ac sub eius instituto militantes personæ Orphanis, ac Seminarijs puerorum liberiùs, & melius inseruire, & quæ sui instituti sunt, adimplere possint, ipsaque Disciplina Re- gularis in Domibus, Collegijs, & Locis illius magis vigeat, eandem Congregationem, singulaque illius Collegia, & lo- ca, ac eorum Superiores, & alios ab omni onere audiendi confessiones ordinarias quarumcunque Monialium, præ- terquam Orphanarum iuxta antiquum ipsius Congregatio- nis institutum; nec non ab omnibus alijs oneribus, & curis, quæ seruituti, & commoditati Orphanorum, Seminario- rum, & disciplinæ regularis huiusmodi impedimento, & damno esse quoquomo possum, omnino, & de cætero nul-

nullus, etiamsi sit Præpositus Generalis, aliqua huiusmodi onera, vel curas nisi de consensu duarum ex tribus partibus Capituli Generalis suscipere audeat, neque possit. Postremò omnes Professiones emissas usque in præsentem diem à quibusvis Clericis, & Laicis dictæ Congregationis, etiam si in manibus Præpositi Generalis, aut eius Vicarij, sed aliorum præsbyterorum inibi professorum factæ sint, neque constet illos eo tempore autoritatem tales professiones recipiendi habuisse, validas, firmasque, & ratas esse, & fore, perinde ac si à Præposito Generali, vel eius Vicario prædicto receptæ essent, dummodo tamen alias canonice factæ suis- sent, & tales professi professioni huiusmodi hodie acquiescant, licereque imposterum Præposito Generali prædicto huiusmodi facultatem admittendi ad professionem cuilibet Præposito, vel Rectori inferiori eiusdem Congregationis demandare, seruata in reliquis forma Constitutionis eiusdem Sixti prædecessoris desuper editæ. Præsentes quoque li-

teras nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ vel quocunque alio defecetu notari, impugnari, seu quomodolibet infringi, vel in lus, aut controuersiam vocari, aut etiam aduersus eas quocunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, seu etiam motu proprio concedi possit; Neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum renocationibus, limitationibus, suspensionibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper, & omni tempore, ac omnino ab illis excipi, & quoties emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum suum restitutas, repositas, & plenariè redintegratas, ac de nouo etiam sub quacunque posteriori data per Generalem, & alios Præpositos præfatos pro tempore eligendos concessas, illasque perpetuò validas, & efficaces esse, & censi, plenamque roboris firmitatem obtinere. Neque

Con-

Congregationem, & Præpositum Generalem, & alios Superiores, ac personas illius super eisdem præmissis, illorumque possessione, vsu, & commodo pacificis per locorum Ordinarios, aut quoscunque alios quomodolibet molestari, perturbari, seu inquietari, vel impediri posse, sive, & non alias per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & alios Ecclesiasticos, & sæculares, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, nec non quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus præmissis, ac dicti SIXTI prædecessoris super admittendis Religiosis edita, & quibusvis alijs Apostolicis, nec non in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Legibus, reformationibus, priuilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam Motu simili, & alias in contrarium quomodolibet, etiam pluries, & literatis vici bus concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis a-

lias

liàs in suo labore permansuris hác vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, concessionis, impartitionis, liberationis, derogati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ Millefimo Quingentesimo Nonagesimo tertio, Sexto Kalend. Maii. Pontificatus Nostri anno secundo.

Locus  Sigilli Plumbi.



CLEMENTIS

CLEMENTISVIII.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

Declaratur valida professio in manu delegati à Præposito Generali, vel Vicario Generali emissa.



LEMENS PAPA Octauus, Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex debito Pastoralis officij sibi ex alto commissi,ne personarum sub sua Religionis iugo Deo famulantium status perturbetur, sed quò magis fieri potest, quietus, & tranquillus manuteneatur, libenter prouidet, & super literis, & gratijs concessis, quæ perturbationis occasionem præbere posse videntur, declarationis remedium adhibet, & alia facit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaque nos aliàs in literis nostris Priuilegiorum, quæ Congregationi Clericorum Regularium de Somascha, aliàs Sancti Maioli Papiensi. nuncupat. sub sexto Kalend. Maii Pontificatus nostri anno secundo concessimus, voluerimus omnes professiones emissas à quibusuis Clericis, & Laicis diæ Congregationis, etiam si non in manibus Præpositi Generalis, vel eius Vicarij iuxta formam Indulti fel. record. Pij Papæ Quinti prædecessoris nostri, sed aliorum Presbyterorum inibi professorum factæ suissent, validas, firmasque, & ratas esse, & fore, ac si à Præposito Generali, vel eius Vicario receptæ essent, dummodo tamen alias canonicè factæ extitissent, & tales professi profaciōni huiusmodi hodie acquiescerent, prout in præfatis nostris literis pleniūs continetur, & sicut nobis nuper nomine Congregationis prædictæ exposi-

H tum

tum fuit, ex earundem literarum verbis nonnulli dictæ Congregationis, qui ante illarum concessionem numquam reclamauerunt, occasionem reclamandi sumpserint, propterea, quod non in manibus Præpositi Generalis, vel Vicarij delegatorum professi sunt, intelligentes verba prædicti indulti prædecessoris nostri de Vicario Generali, & non de quolibet delegato à Præposito, vel Vicario Generali; hinc est quod nos, qui singulorum Christi fidelium, præcipue vero similium Religiosorum Agri Dominici cultorum quietem sinceris desideramus affectibus, nostrarum literarum præfatarum tenores præsentibus pro expressis habentes, ex sententia Venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Episcoporum, & Regularium negotijs præfectorum, authoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus dispositionem indulti prædicti prædecessoris, dum voluit profesiones emittendas esse, & fore in manibus Præpositi Generalis, vel eius Vicarij, intelligendam esse nedum de Præposito, & de Vicario Generali, sed etiam de quolibet ab eisdem delegato, & per consequens omnes, & singulas Professiones emissas in manibus quorumcunque Presbyterorum præfatæ Congregationis ipsius Præpositi Generalis, vel Vicarij etiam Generalis delegatorum, ac eorum nomine à prædictis Presbiteris receptas, licet per se ipsos tantum, & proprio nomine illas recipiendi auctoritatem non haberint, validas fuisse, & esse, & alia validatione non indiguisse, nec indigere; & propterea omnibus, & singulis in manibus predicatorū, ut supra delegatorum professis Presbiteris, Clericis, & Laicis super præmissis perpetuum silentium imponimus, & imponi mandamus, nec desuper ab aliquo excipi, opponi posse, sive que per quoscunque Iudices, & Commisarios quauis auctoritate fungentes iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane esse volumus, & pariter declaramus quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit

attē-

attentari: Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & Consuetudinibus, ac Pij prædecessoris præfatis, & alijs literis similiter Apostolicis, nec non illis omnibus, quæ in præfatis nostris literis volumus non obstar, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus etiam quod præsentium Transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides adhibetur, quæ præsentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die sexta Octobris Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Quarto Pontificatus nostri Anno tertio.

Locus  Annuli Piscatoris.

M. Vestrius Barbianus.



59
CLEMENTIS VIII.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

*Declarantur professi omnes emissis denuo votis, de quo-
rum professione scrupulus subesse potest, & priuile-
gia omnia concessa illis communicantur.*



LEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei me-
moriā. Decet Romanum Pontificem Reli-
giosorum statui, & conscientiarum securitati
opportunè consilere, prout in Domino salubri-
ter conspicit expedire. Nuper siquidem dile-
cti filii Præpositi Generalis Congregationis Clericorum
Regularium Somaschæ, aliàs Sancti Maioli Papiens. nomi-
ne nobis expositum fuit, quòd cum dudum fel. record. Pius
Papa Quintus prædecessor noster per suas literas eidem
Congregationi, in qua antea Vota, & Professio regularia
non emittebantur, vt qui in ipsa Congregatione manere,
aut de cætero ingredi vellent, tria Vota, ac professionem
regularia huiusmodi emittere valerent, quòdque hi, qui an-
tea per decennium in eadem Congregatione laudabiliter
vixerant, in eadem professionem huiusmodi absque pro-
bationis anno incontinenti emittere valerent, facultatem
ad triennium duraturam concessisset, ipsoque triennio elas-
po professionem huiusmodi emissuros probationis an-
num antea complere uoluisset, prout in eiusdem Pii præ-
decessoris literis plenius continetur. Nuper ortum fuit
dubium ex interpretatione dictarum literarum, num ali-
quorum, qui in dictam Congregationem, non ut Ministri,

sed

sed ut Scholares, vel partim Ministri, & partim Schola-
res à pueritia in eadem per decennium continuum lau-
dabiliter permanserant, & aliorum, qui non per decen-
nium continuum, sed interpolatum, ac quandoque in-
termissum in eadem Congregatione vixerunt, profesiones
sic incontinenti, absque anno probationis emissæ, & factæ
veræ, validæ, & legitimæ essent, præsertim, quia nonnulli
istorum Præpositi, & Vicarij Generales extiterunt, ac
aliorum profesiones receperunt, ac alia multa in ipsa
Congregatione egerunt. Nos ad omne dubium remo-
uendum viuæ vocis oraculo dilecto filio nostro Francisco
Tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Presbytero Cardinali
Toledo nuncupato facto eidem Congregationi concessimus,
vt sic, vt præmittitur in ea professi denuo in manibus
Præpositi Generalis, aut alicuius personæ in dignitate
Ecclesiastica constitutæ profiteri valerent, & vt sic pro-
fessi essent, eorum locis, officijs, & dignitatibus frueren-
tur, ac si ab initio professi essent, ac omnia eorum acta
valida, & firma forent. Cum autem, sicut eadem expo-
sitione subiungebat, iam nonnulli, qui de eorum professio-
nis validitate dubitabant, coram toto Capitulo generali
Cremonæ celebrato in manibus eiusdem Præpositi Gene-
ralis, & unus hic Romæ in manibus dilecti filij nostri in
Urbē Vicarij Vicegerentis ad maiorem eorum Conscien-
tiarum securitatem huiusmodi professionem de nouo emi-
serint, & alij fortassis simili modo professionem denuo
emissuri sint, Nos volentes validitati professionum huius-
modi, ac omnium per ipsos sic de nouo professos, ante
nouam huiusmodi professionem in eadem Congregatione
gestorum prospicere, & aliàs in præmissis opportunè pro-
uidere, supplicationibus eiusdem Præpositi Generalis no-
mine nobis super hoc huicliter porrectis inclinati, omnes,
& singulas profesiones de nouo, vt præfertur, emissas ,

&

& deinceps infra sex Mensium spatium emittendas à personis quibuscumque in dicta Congregatione iamductim professis , de quorum professionis validitate præmissorum causa dubitari poterat , authoritate Apostolica , tenore præsentium confirmamus , & approbamus , ac omnes Iuris , & facti , ac solemnitatum , etiam substancialium defectus , si qui in illis forsan interuenerint , supplemus , ac eisdem sic professis , & deinceps professuris , ut præfertur , ut quævis officia , dignitates , & munera eiusdem Congregationis , si quæ obtinent , retinere , ac eis deferenda recipere , & exercere , ac omnibus , & singulis gratijs , honoribus , priuilegijs , prærogatiis , & aliis spiritualibus , & temporalibus Indultis eidem Congregationi , eiusque Religiosis concessis , & in futurum concedendis uti , frui , & gaudere in omnibus , & per omnia possint , & valeant , perinde ac si eorum profesiones primò emissæ veræ , validæ , ac legitimæ fuissent , eadem authoritate concedimus , & indulgemus , & nihilominus omnia , & singula per dictos sic professo , & professionem emissuros ante nouam huiusmodi professionem in eadem Congregatione gesta , ac profesiones aliorum per eos receptas validamus , & roboramus , validaque , & firma , ac validas , & firmas esse , & censeri , nec à quoquam de eorum validitate dubitari , aut quoquomodo opponi posse ; siveque per quoscumque Iudices ordinarios , & delegatos , & etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores , sublata eis , & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi , & interpretandi facultate , & auctoritate , iudicari , & definiri debere , ac irritum , & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attenari . Non obstantibus præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , eiusdemque Congregationis , etiam iuramento , confirmatione Apostolica , vel quavis

fir-

firmitate alia roboratis , Statutis , & Consuetudinibus , cæterisque contrarijs quibuscumque : Volumus autem , ut præsentium Transumptis , etiam impressis , manu alicuius Notarij publici subscriptis , & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ , munitis , eadem , quæ præsentibus ipsis , fides adhibeatur .

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die 23. Nouembris M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri Anno tertio .

Locus  Annuli Piscatoris.

M. Vestrius Barbianus .



CLEMENTIS

CLEMENTIS VIII.

B V L L A .

S V M M A R I V M .

- 1 Spatium emitendi de nouo professionem ad illius validitatem firmandum concessum per sex menses prorogatur ad alios sex menses .
- 2 Validae profesiones confirmantur , & approbantur , professis priuilegia hactenus concessa conceduntur .

Dilecto Filio Præposito Generali Congregationis Clericorum Regularium Somaschæ , alias Sancti Maioli Papiensis .



LEMENS PAPA VIII. Dilekte fili salutem , & Apostolicam benedictionem . Cum sicut exponi nobis fecisti post emissam de nouo à nonnullis Clericis istius Congregationis , de quorum antea emissæ profesiones validitate dubitabatur , regularem profesionem iuxta nostrarum in simili forma Brevis litterarum sub dat . 13. Nouembris 1594. expeditarum , per quas tam eosque emissas , quam deinceps infra sex Menses tunc proximos emittendas huiusmodi profesiones validas declarauimus , seriem , nonnulli , alii eiusdem Congregationis Clerici de eorum antea emissæ profesiones validitate ob defectus in dictis literis expressos dubitare cœperint , illis verò ob lapsum sex Mensium prædictorum huiusmodi professionem de nouo emittendi absque

63
absque noua nostra , & Apostolicæ Sedis licentia , et gratia neutiquam licere credatur : Nos eorum statui , et conscientiarum serenitati consulere volentes , ac literarum nostrarum prædictarum tenorem præsentibus pro expresso habentes , illasque ad alios sex Menses proximos extenedentes supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , omnibus , & singulis eiusdem Congregationis Clericis , de quorum profesiones validitate quoquomodo dubitatur , infra dictos sex Menses à data præsentium computandos , profesionem de nouo in tuis , aut Vicarij tui manibus iuxta prædictarum literatum seriem emittere valeant , authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus , & indulgemus , ac huiusmodi per eos de nouo emittendas profesiones , si , & postquam emissæ fuerint , nec non etiam omnia , & quæcunque per eos ante nouam huiusmodi profesionem in dicta Congregatione gesta , ac Professiones aliorum , alias tamen ritè emissas per eos forsan receptas , authoritate , & tenore præsentis perpetuò confirmamus , approbamus , validamus , & roboramus , supplentes omnes , & singulos etiam substantiales defectus , si qui forsan interuenerint in eisdem . Decernentesque illas , & illa valida , firma , & efficacia perpetuò fore , & esse , nec à quoquam de cætero de eorum validitate dubitare , aut quoquomodo opponi posse , sicque per quoscunque iudices ordinarios , & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata eis , & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi , & interpretandi facultate , & authoritate iudicari , & definiri debere , ac irritum , & inane quicquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Ac eisdem Clericis sic professis , vt præfertur , vt quævis officia , dignitates , & munera eiusdem Congregationis , si quæ obtinent , retinere , ac eis differenda recipere , & exercere , ac omnibus , & singuli

I

gra-

tūis, honoribus, priuilegiis, prærogatiis, & aliis spiritualibus, & temporalibus indultis eidem Congregationi, eiusque Religiosis concessis, & in futurum concedendis uti, frui, & gaudere in omnibus, et per omnia possint, et valeant, perinde ac si eorum profesiones primò emissæ veræ, et validæ, ac legitimæ fuissent, de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in nostris literis prædictis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 14. Septembris M D X C V. Pontificatus nostri Anno quarto.

Locus  Annuli Piscatoris.

M. Vestrius Barbianus.



C. E.

CLEMENTIS VIII

B V L L A

S V M M A R I V M.

Declaratur seruandam esse constitutionem Congregationis, neminem suffragium habere posse, vel in numero Vocalium adscribendum Capituli Generalis, nisi qui fuerit à Capitulo electus, & admissus, reclamantibus silentium imponitur.



LEMENS Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex ex debito pastoralis Officii sibi ex alto commissi, ne personarum sub suaui Religionis iugo Deo famulantium status perturbetur, sed quò magis fieri potest, quietus, & tranquillus in Dei obsequio perseveret, libenter prouidet, prout in Domino salubriter consipicit expedire. Sanè cum Congregatio Clericorum Regularium de Somascha nuncupata, seu Sancti Maioli Papiensis à fel. recordatio. Pio Quinto prædecessore nostro de sæculari Regularis effecta, & per ipsum, ac alios suos prædecessores fuerit nonnullis priuilegiis, & gratiis spiritualibus roborata, ac per nos denique confirmata, & nouis priuilegiis, & indultis ampliata, prout in nostris desuper confessis litteris sub dat. sexto Kalend. Maii Pontificatus nostri Anno secundo, pleniùs continetur. In quibus

H 2

qui-

quidem literis inter cætera omnia , & singula Statuta , Ordinationes , Regulas , & Constitutiones in vniuersa Congregatione prædicta eousque editas, licitas tamen, & honestas , sacrisque Canonibus , & Concilio Tridentino minimè contrarias authoritate Apostolica perpetuò approbavimus , & confirmauimus , illisque omnibus , & singulis Apostolicæ firmitatis robur adiecimus , supplentes omnes , & singulos defectus , prout in dictis literis plenius continetur . Cumque sicut nuper accepimus , inter alias Constitutiones prædictæ Congregationis sit quædam Constitutio de ijs , qui numero Vocalium Capituli Generalis sunt adscribendi , disponens , vt non passim , & sine matura consideratione cuiusque conditionis Fratres inter Vocales Capituli Generalis admittantur , à quo omnis utilitas totius Religionis dependet , totumque illius sustinet onus , sed ii solùm , qui vita , & moribus cæteros autecellant , qui que prudentia , & consilio , & scientia valeant in rebus arduis consulere , qui item per aliquot annos fuerint in Religione probati , elapsumque fuerit ad minus triennium post emissam professionem , qui que ætatis suæ saltem trigesimum annum attigerint , & ne Vocalis vnquam sit , vel qui apostatauerit , vel qui in aliquo delicto fuerit deprehensus , vel de quo probabiliter dubitatur ea , quæ in Comitiis tractantur , secretò minimè retenturum ex euidentibus inditiis , & alias , prout in dicta Constitutione dicuntur contineri : Et quia prædictæ qualitates in eo , qui adscribendus est in numero Vocalium , à nullis aliis possunt ita rectè inquiri , & perpendi , quam ab eisdem Patribus Vocalibus , qui eum admissuri sunt , propterea eadem Congregatio consuevit non admittere aliquem in numero dicti Capituli Generalis , nisi in eodemmet Capitulo propositus , & per vota secreta ipsorummet Patrum Vocalium suffraganti sibi maiori parte Votorum electus fuerit ,

fuerit , vnde Clerici eiusdem Congregationis , tum ad vitæ , & morum integritatem , tum etiam ad bonarum artium , & regularis disciplinæ studium , & obseruantiam excitantur . Verùm ; sicut nobis pro parte dictæ Congregationis expositum fuit a Ven. Fratre nostro Ludouico Episcopo Sabinensi . Cardinali Madrutio nuncupato prædictæ Congregationis Protectore , cum nonnulli de eadem Congregatione ex eo solùm , quod sunt professi per aliquot annos , & in Presbyteratus Ordine constituti , prætendant se in eodem Capitulo Generali habere vocem actiuam , & passiuam , & admittendos esse in electionibus Præpositi Generalis , & aliorum quorumcunque Superiorum , contra id , quod in dicta Congregatione fieri consuevit iuxta prædictas suas Constitutiones à nobis , vt supra approbatas , & confirmatas : Et propterea cum non admittantur , se ipsos , & alios perturbent , & perturbare audeant : Hinc est quod nos , qui singulorum Christi fidelium , præcipuè verò similium Religiosorum agri Dominici cultorum quietem sinceris desideramus affectibus , ex sententia dilectorum filiorum Prælatorum negotijs Visitationis Apostolicæ , & Reformationis Pæfectorum , autoritate Apostolica tenore præsentium decernimus , & declaramus nullum de cætero adscribendum fore , & esse in numero Vocalium Capituli Generalis præfatæ Congregationis , nec in eo vocem actiuam habere , nisi seruata in omnibus forma dictarum Constitutionum , & nisi etiam iuxta supradictam consuetudinem à triginta circiter annis hactenus seruari solitam , & obseruatam , fuerit in eodem Capitulo propositus , & per vota secreta à Patribus Vocalibus eiusdem Capituli Generalis electus , & admissus . Omnibusque alijs se vocem actiuam in dicto Capitulo habere prætendebus , & ab eisdem Patribus Vocalibus Capituli Generis non electis , & admissis , perpetuum silentium imponimus ,

mus, & imponi mandatis, nec desuper ab aliquo excipi, & opponi posse, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis authoritate fungentes iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus à quolibet quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, ac declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, nec non Statutis, & Consuetudinibus aliarum Regularium Congregationum, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus etiam quod præsentium Transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides adhibetur, quæ præsentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 23, Martij 1599. Pontificatus nostri anno octauo.

Locus ✠ Annuli Piscator.

M. Vestrius Barbianus.



CLEMENTIS

CLEMENTIS VIII.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Refertur Sanctitatis sua Pastorialis solicitude erga piam, ac liberalem Iuuentutis institutionem.
- 2 Commendantur Patres Congregationis Somascha Adolescentium educationi ex professo, & peculiari Instituto vacare soliti, binis præsertim Venetiarum Seminarijs; ex quo ad piam Sanctitatis sua mentem implendam peropportuni occurrerunt.
- 3 Assignantur ad id ijsdem Patribus aedes de Iacobatijs; crescente vero Adolescentium numero Palatium de Pepulis in Platea Nicosia ad Flumen Tiberim capto operi irreuocabiliter donatur.
- 4 In adibus dicti Palatij instituitur Collegium Clementium à Sanctitatis sua Nomine nuncupandum; in quo Nobiles pueri ex quibuscumque Christiani Orbis Regionibus Grammaticam, Rheticam, Logicam, Physicam, aliasque Humaniores, ac Liberales disciplinas condeceantur.
- 5 Vnitur, & incorporatur eidem Collegio pro competentiæ eius Dote Monasterium S. Angeli de Lamulis Provincia Vrbinaten. Ecclesia S. Cesarei de Urbe, & Vinea eidem contigua cum perpetua exemptione ab omni Jurisdictione, & Grauamine.
- 6 Immediate Sedi Apostolica prædictum Collegium subiicitur; omnibusque priuilegijs, & Gratijs tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus gaudent reliqua Vrbis Collegia, condecoratur.

70
7 Constituitur Collegij Protector, eiusque exposita au-
toritate consuetis causulis Bulla obfirmatur.

Bulla Erectionis Collegii Clementini.



Lemens Episcopus Seruus seruorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam. Vbi pri-
mum ad summi Apostolatus Apicem diui-
na Clementia nullis nostris meritis, sed so-
la misericordiae suæ dignatione nos euexit,
Eminentiori animi Cura de morum tam Ec-
clesiasticorum, quām Sæcularium personarum reforma-
tione in Vrbe nostra instituenda seriò cogitare cœpimus ;
Dilectisque aliquot Romanæ Curiae Prælatis morum gra-
uitate rerumque vñu , & experientia præclaris , qui re-
formationi huiusmodi præsensent, eos statim Scholas omnes
Adolescentium, & Puerorum dictæ Vrbis perlustrare, &
quæ in illis educandis, erudiendisque ratio ibi seruaretur,
queque disciplina adhiberetur, sedulò inquirere, & ad nos
deinde referre præcepimus. Ex quo sanè non absque ani-
mi merore deprehendimus, eam etatem , que ad vitia ,
& uoluptates sequendas prona est, nisi seueriori disciplina
cohibeatur, & ad pietatem, & Religionem informetur,
in Scholis ipsis sub laxa, immo verò dissoluta disciplina, se-
posito Domini timore corruptam,nihil vt plurimum , vel
sanè parum in bonis moribus, & litterariis exercitationibus
proficere. Quamobrem illius statum intimo sensu condon-
entes decreuimus omnino in ipsa Vrbe locum situ , & am-
plitudine opportunum ad Puerorum , & Adolescentium
Nobilium tam Indigenarum , quām exterorum quorum
cumque receptione, & educationem primo quoque tem-
pore destinare, illisque spectatæ pietatis, & doctrinæ, viros,
qui,

qui nullo questu temporali, sed solo Dei obsequio , &
animarum beneficio dueti pueros, & adolescentes ipsos
æque in pietatis, & Religionis studijs, ac scientiarum di-
sciplinis erudirent, præficere. Et nobis attentiùs animo re-
uoluentibus quibus ea Provincia cum fructu , & utilitate
præcipuè demandari posset, occurrerunt peropportunè Di-
lecti filij Clerici Regulares Congregationis Somaschæ edu-
cationi Iuuentutis ex profeso , & peculiari instituto va-
care soliti , multisque experti documentis eos in pluribus
Italiæ Ciuitatibus, & locis egregiam in eo munere operam
multis iam annis, cum laude, & publica commoditate
impendisse , & præsertim in Ciuitate Venetiarum binis il-
lius Puerorum Seminarijs, alteri videlicet Ecclesiastici in
executione Concilij Tridentini , alteri verò Laici ordinis
pia solitudine , & impensa Reipublicæ Venetæ erectis
cum summo Iuuentutis bono, & ipsius Congregationis com-
mendatione præfuisse , & adhuc præesse, illos idoneos
Iudicauimus , quos ad hoc onus graue, & arduum
assumeremus. Hincque primò inducti Institutionem, &
fundationem dictæ Congregationis sub anno Domini 1594.
Apostolica auctoritate approbauiimus , & confirmauiimus,
eainque amplis decretis, & privilegijs ornatuiimus, deinde
verò de anno eiusdem Domini 1595 dictis Prælatis, ut ædes
in Vrbe ad hoc nostrum cæptum capaces , & opportunas
sub pensione annua conducere, ac Puerorum, & Adolescenti-
um in eis recipiendorum curam Clericis dictæ Congrega-
tionis committere curarent, iniunximus, simulque summam
mille scutorum monetæ, ex quibus pensio huiusmodi solue-
retur, & ædes ipsæ suppellectilibus ad domesticos vñus ne-
cessarijs instituerentur ex Chirographonstro donauimus
fueruntque hoc pacto ædes eorum de Iacobatijs in platea
iam dictæ Vrbis sub pensione annua tercentorum, & octo-
ginta scutorum similium conductæ, ac in eis habitatio Cle-

k

rico-

ricorum, et Puerorum prædictorum ad instar Collegii primū cōstituta. Verū crescente in dies inibi Conuictorum nūmero necesse fuit etiam numerum Magistrorum, Præfectorum, & famulorum augere, ob quod tūm nec dictæ Aedes eos amplius commode capere, nec solæ pensiones mensuales ab eisdem Conuictoribus pendi solitè ad graues sumptus tam pro eorum, ac Magistrorum, & Præfectorum prædictorum sustentatione, quām dictarum Aedium locatio-ne, & alios diuersimode iugiter subeundos sufficere possent. Nos Palatium de Pepulis nuncupatum in Platea Nicosiæ ad flumen Tyberim iuxta suos fines situm, & subhastationi ex decreto Curię suppositum à Dilecto filio Camerę nostrę Apostolicę Commissario Generali eiusdem Camerę nostrę pretio vndecim mille scutorum similium via subhastationis huiusmodi emi, & deinde pro instituendo ibidem Collegio Clementino nuncupando pro vſu, & habitatiōne scholarium, & Conuictorum in eo introducendorum per Dilectum filium nostrum Paulum Aemilium tituli Sancti Marcelli, tunc pro Dilecto & Filio nostro Petro Sancti Nicolai in Carcere Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato S.R.E. Camerario, & nostro secundum carnem ex fratre Nepote, qui sedis Apostolicæ de latere Legiati munere in Regno Francię pro grauissimo componendę inter Principes Christianos pacis negotio detinebatur, eiusdem S.R.E. Vicecamerariū nostro simili chirographo ex perpetuo, & irreuocabiliter donari iussimus, & seu donauimus, prout in nostris super confirmatione huiusmodi confessis litteris, ac ipso Chirographo, & publico donationis huiusmodi instrumento plenius continetur, inde sublata aliquantulum ipsius Collegii angustia, compostoque illius statu in melioreni statum, & numerus Conuictorum ibi dietim augeri conspectus, & res dicti Collegi facilius, & prosperius magna animi nostri delectatione

progreди visa fuit. Quapropter non obscuris argumentis Deū Opt. Max. huic nostrae qualisunque est instituendæ Iuuentutis sollicitudini fauere, & cæptis nostris adesse deprehendentes, ipsi vni operi sedulo nobis insistendum, & vt quantum citius perficiatur indefesso studio elaborandum, illisque de opportunis reddituum, & Prouentuum annuorum subsidiis, quibus eius quotidiana onera facilius perferri possint, prouidendum esse existimauimus fore confidentes, vt qui nobis in eo suscipiendo, promouendoque auctor, factorque existit idem in eo perficiendo conseruandoque propitius adiutor esse debeat. Nos igitur dudum inter alia volumus, statuimus, & ordinauimus quod semper in vnionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest omnium, & singulorum Chirographorum, instrumentorum prædictorum, ac earum singulis publicè, vel priuatim aut alijs quomodolibet confectarum, & emanatorum, ac in eis contentorum, & inde securorum quorumcunque tenore, ac Palatij huiusmodi ueriores situationes, confines, uocabula, denominations, qualitates, circumstantias, quantitates, & ueros, etiam annuos ualores præsentibus pro expressis habentes, denominations prædictas, & instrumenta desuper confecta, & omnia in eis contenta perpetuò approbantes, & confirmantes, rataque grata, & accepta habentes, & quatenus opus sit, innouantes, omnesque, & singulos Iuris, & facti, & solemnitatum quantumuis substantialium, aliosque defectu s. si qui interuenient in eisdem etiam si tales sint uel fuerint qui in generali sermone non comprehendantur, sed nota, & expressione indigent supplementa, ac singulares personas Congregationis huiusmodi à quibus suis ex cōmunicationibus cēsentes motu proprio non ad alicuius desuper nobis allatæ petitionis instantiam, sed de certa scientia meraquæ deliberatione nostris ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in Ædibus dicti Pa-

latii unum Collegium Clementinum nuncupandum cum Cappella, Oratorio, Refectorio, mensa communi, sigillo, Bibliotheca, Archivio, Cœterisque Collegialibus insigniis, ac membris, & officinis necessariis pro perpetuis receptione, usu, & habitatione quorumcunque Puerorum, & Adolescentium Nobilium, seu de Nobili genere procreatiorum tam ex Vibe & tota reliqua Italia quam Cœteris quibuscumque Christiani Orbis Regionibus, & Provincijs Oriundorum, inibi proprijs eorum expensis soluta quolibet mense, aut aliqua alia pro temporum qualitate competenti pensione educandorum sub perpetuis cura, disciplina, gubernio, regimine, & administratione dictorum Clericorum, & aliorum quorumcunque Sæcularium, vel Regularium per Protectorem ipsius Collegij pro tempore existentem pro libero, & absoluto ipsius voluntatis arbitrio ponendorum, & amouendorum, ut Collegiales eiusdem Collegij nostrum solum in bonis moribus, & pietatis Christianæ studiis instituere, sed & Grammaticam, Rheticam, Logicam, Physicamque aliasque humaniores, & liberales disciplinas docere teneantur, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus, illique sic erecto, & instituto pro perpetuis eiusdem Collegii, Rectoris, & Collegialium suorum pro tempore existentium residentia, usu, & habitatione dictum Palatium, cum omnibus, & singulis illius ædificiis, struturis, situ, ambitu, luriis, pertinentiis, & dependentiis quibuscumque ultra mille scuta ad emptionem supellecillum à Nobis ut præfertur, donata seu ipsa supellechia, & alia mobilia quæcumque ex eis empta, & quoad ipsum Palatium sub omnibus, & singulis decretis, declarationibus subrogationibus, obligationibus, pactis, conditionibus, firmatibus, cantrelis, & clausulis, & aliis in Chirographo, & instrumento huiusmodi consentis, & appositis, et aliis de-

super

super necessariis, & opportunis de novo pro potiori eaute-
la, auctoritate, et tenore præmissis etiam perpetuò et irreuo-
cabiliter donamus, et concedimus. Præterea eidem Colle-
gio pro congrua, & competenti eius dote, seu dotis subsi-
dio, onerumque illi incumbentium faciliori, & commo-
diori supportatione Monasterium Sancti Angeli de Lamulis
Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis nullius dioecesis Protin-
ciæ Vrbinatensis, quod bonæ memoriae Hieronymus tituli S.
Pancratii presbyter Cardinalis Matheus nuncupatus in
Commendam ad sui vitam ex Concessione, & dispositione
Apostolica dum viueret obtinebat, & quod conuentu
caret, cuiusque, & illi forsan annexus fructus, reddi-
tus, & prouentus tercentorum ducatorum aureorum de Ca-
mera sec. com. est va. an. vt accepimus, non excedunt, Com-
menda ipsa per obitum dicti Hieronymi Cardinalis nuper
apud Sedem Apostolicam defuncti cessante adhuc eo quo
ante Commendam ipsam vacabat, vel alias quouis modo ex
cuiuscumque persona, seu per liberam cessionem cuiusvis de
illius Regimine, & administratione in Romana Curia, vel
extra eam etiam coram Notario Publico, & testibus sponte
facta vacans, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius
prouisio iuxta Lateranensis statuta Concilij, aut alias
Canonicas sanctiones ad Sedem prædictam legitimè deuo-
luta existat, illaque ex quavis causa ad Sedem eandem spe-
cialiter, vel generaliter pertineat, ac de illa concistorialiter
disponi consueuerit, seu debeat super eo quoque, ac Regi-
mine, & administratione inter aliquos illarum pos-
sessores, vel quasi molestia cuius litis statum verum quoque,
& ultimum dicti Monasterij vacationis modum etiam si ex
illo quævis, & generalis reseruatio etiā in corpore Iuris clam
resulteret, presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat in-
decisa dummodo tempore datum præsentium eidem Mo-
nasterio de Abbe prouisum, aut illud altero commenda-
tum

tum canonice non existat, cum annexis huiusmodi, nec non Ecclesiam Sancti Cæsarei de Urbe in via ad Portam Appiam Sancti Sebastiani nuncupatam tendente sitam, quam nuper in suis structuris, & ædificijs vetustate consumptis, & ruinam minantibus sumptu nostro instauratam, ornataisque, ac quæ dilecto filio nostro Siluestro eiusdem Sancti Cæsarei Diacono Cardinali nostro secundum carnem Pronepoti pro denominatione sui Cardinalatus concessa extitit, cum omnibus, & singulis suis ædificijs, Domibus, Aedibus, Bonis, Proprietatibus, Villis, Terris, Agris, Possessionibus, Fundis, Pratis, Pascuis, Siluis, Cortis, Fructibus, Redditibus, Prouentibus, Iuribus, Obuentibus, Emolumētis, Jurisdictionibus, membris, annexis, pertinentijs, & dependentijs suis vniuersis, quibus suis rebus consistentibus, & vnde cumque proueniētibus. Vineam quoque dictæ Ecclesiæ Sancti Cæsarei contiguam, & in via prædicta iuxta alios suos veriores confines sitam, ac per Nos etiam nuper à Dilectis filiis hæredibus Camilli Crescentij Ciuis Romani dum vixit pretiobis mille, & quingenitorum scutorum emptam, eadem auctoritate, & tenore vnius anneximus, incorporamus, applicamus assignamus, ita quod liceat Rectori, & Collegialibus dicti Collegij, nunc & pro tempore existentibus Corporalem, realem, & actualem illorum omnium, & singulorum possessionem per se, vel alium, seu alios eorum, ac dicti Collegij nominibus propria auctoritate etiam, absque Iudicis mandato, vel decreto, ac solemnitate spolij, & attentatorum vitio ex nunc apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, fructus quoque, redditus, prouentus, Iura, obuentiones, & emolumenta ex eis prouinentia quæcumque percipere, exigere, leuare, recuperare, locareque, & arrendare, ac in communies dicti Collegii usus, & utilitatem conuertere, nec non Monasterium Sancti Angeli, & Ecclesiam Sancti Cæsarei prædictum in Spiritualibus & temporalibus regere, & administrare eiusdem Sancti Cæ-

farei

farei, & ipsius Monasterij Ecclesijs per quoscunque Presbyteros sacerdtales, vel de Superiorum suorum licentia, cuiusvis Ordinis regulares idoneos inibi iuxta Statuta à Protectore, seu à Rectore dicti Collegij præscribenda ponendos, & amouendos in diuinis prout eis videbitur, & eorum arbitrio, sic tamen ut ad aliquod onus, seu seruitum in dicta Ecclesia Sancti Cæsarei, seu pro illa subeundum, vel præstandum præterque ad dictam Ecclesiam Sancti Cæsarei, illiusque ædificia in debito, & decenti Statu conseruandum, ac sarta tecta tenendum minimè teneantur, nec ad id cogi, aut compelli valeant, deseruiri facere, & Reliquiarum ibidem pro tempore existentium curam, & administrationem perpetuò habere ipsius Sancti Cæsarei Diaconi, seu Presbiteri Cardinalis, nec non Superiorum dicti Ordinis, & quorumvis aliorum licentia, seu Consensum inimicè requisitis, neque deinceps dictus Silvester Cardinalis nec quicunque alias, cui dictam Ecclesiam Sancti Cæsarei pro denominatione, seu titulo sui Cardinalatus pro tempore assignari contigerit, per se, vel alium, seu alios in Regimine, administratione, & gubernio dictæ Ecclesiæ Sancti Cæsarei, ac illius bonorum, fructuum, reddituum, prouentuum, Iurium, actionum, rerum pertinentiarum, Sacrarum Reliquiarum, ornamentorum, & supellectilium quorumcunque quouis prætextu, colore, vel ingenio sese ingere, seu intromittere, vel altaria aut quidquam aliud ibidem immutare, aut reliquias ipsas aliò transferre, vel aliquam Jurisdictionem, & superioritatem, seu Jurisdictionis, seu superioritatis actum in ipsam Ecclesiam Sancti Cæsarei, illiusque Presbiteros, & ministros pro tempore existentes exercere, sed tantummodo ipse Diaconus, seu Presbitero Cardinalis Sancti Cæsarei pro tempore existens ad eandem Ecclesia Sancti Cæsarei in illius festivitatis, & Stationis, ac aliis quibuscumque diebus accedere, ac Missis, et Vesperis ibi assistere, si ei libuerit, celebrare possit. Præterea omnes,

et

et quascumque alias vniones de dicta Ecclesia Santi Cæsarei, illiusque Iuribus, rebus, bonis, dependentiis, annexis, et pertinentiis prædictis cuicunque alteri Ecclesia uel Capitulo, aut Mensæ Capitulari, ac vel alias quomodocumque aut qualitercumque forsan factas, ac sub quibuscumque Capitulis, et verborum formis, atque expressionibus conceptas, similiter perpetuò paribus auctoritate, & tenore revocamus, cassamus, annullamus, & dissoluimus. Insuper ipsum Collegium, illiusque pro tempore existentes Rectorem, Scholares, Cappellanos, Oeconomos, officiales Ministros, & personas, ac tam Collegii, quam Monasterii, & Ecclesie Sancti Cæsarei, aliorumque illis annexorum, et membrorum bona mobilia, et Imobilia, præsentia, et futura, cuiuscumque qualitatis, generis, et speciei existentia ab omni, & quacumque pro tempore existentium eiusdem S. Cæsarei Diaconorum, seu Presbyterorum Cardinalium, ac dictæ Virbis Gubernatoris, Senatoris, Conservatorum, reformatorum, ac nostri, et Romani Pontificis pro tempore existentis in eadem Urbe, et illius districtu in Spiritualibus Vicarii, nec non causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, ac quorūcunquem nostrorum, & dictæ Sedis de Latere Legatorum, vel Vicelegatorum, ac Archiepiscoporum, Episcoporum, etiam tanquam eiusdem Sedis Delegatorum eorumque locatenentium, Vicesgerentium, Vicariorum, officialium, Iudicium nec non Superiorum dicti Ordinis, ac quarumcunque aliarum personarum vñlibet constitutorum, et quavis auctoritatem, et dignitate tam Ecclesiastica, quam mun Dana, etiā Cardinalatus honore fulgentium visitatione, correctione, Iurisdictione, dominio, superioritate, et potestate, nec non annatarum, Quindenniorum Communium minutorum, et aliorum Iurium, et seruitiorum dictæ Cameræ, et quibusuis etiam eiusdem S.R.E. Cardinalibus, et dictæ Curiæ officialibus, et in annatis, quindenniis Communibus

bus, minutis, ac Iuribus prædictis participantium, eorumque Collegijs ratione prædictarum, & quarumcunque aliarum vnionum, applicationum, & concessionum eidem Collegio, de prædicto, & quibuscumque alijs Monasterijs, Hospitalibus, Ecclesijs, Beneficiis, rebusque, & bonis Ecclesiasticis hactenus, & deinceps quo modolibet debitorum, & tam ipsum Collegium in propriis suis bonis, & rebus præsentibus, & futuris, quam illius ratione Rectores, Scholares, Cappellanos, Oeconomos, Officiaies, & Ministros prædictos, ac cum eis contrahentes à quorumcunque Pedagiorum, Datiorum, Vectigalium, gabellarum, Angariarum, Bullettinorum, taliarum, Custodiarum, taxarum equorum, tam viuorum, quam mortuorum, collectarum, præbendarum, Ponderum, Portarum, Molendinorum farinæ trium pro centenario, ac quatuor Iuliorum pro quolibet vegete vini solui solitorum, ac quorumcunque aliorum similium, vel dissimilium generum, & grauaminum tam ordinariorum, quam extraordinariorum, & realium, Personalium, & mixtorum quibuscumque nominibus, & vocabulis nuncupatorum, etiam hic de necessitate exprimentur per nos, & quoscunque alios, quavis auctoritate, & potestate fungentes, & etiam ad instar Cameralium, etiam ratione Ripæ, Ripettæ, Dohanæ terræ, & etiam Grascæ nuncupat. Virbis prædictæ etiam pro Orthodoxæ fidei defensione, & Status S.R.E. conseruatione, diuinique cultus augmento, nec non Basilicæ Principis Apostolorum fabrica, Crucifixæ Sanctæ, & expeditione contra Infideles, & Rebelles, nec non Ecclesiarum, Murorum, Pontium, Viarum, et Stradarum constructione, & restauratione, Aquarum, fontium, & Fluminum deductione, Pauperumque subuentione, nec non Sedis, & Cameræ prædictarum necessitatibus, & quibuscumque aliis cogitatis, inex cogitatis, etiam quantumuis maximis, urgentissimis, & priuilegiatis cunctis

etiam Sedis, & Cameræ earum idem, ac quārumcunque Provinciarum conducend. ac etiam ad dictâ Vrbem conductorum, & in ea existentium, & pro eodem Collegio in Magna, siue parua quantitate tam in Barchis, quam in Magazenis, & aliis vilibet emendorum cuiuscunque generis, quantitatis, qualitatis, valoris, & speciei fuerint exactione, soleundi præstatione, & contributione, nec non quorumcunque aliorum etiam iuxta Concilii Tridentini decreta vilibet institutorum, & instituendorum Collegiorum, & Piorum locorum subuentione: auctoritate, & tenore presentis pariter perpetuo eximimus, & liberamus, ac sub B. Petri, & dictæ Sedis, atque nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis protectione, & intiolabili conseruatione suscipimus, nobisque, & eidem Sedi immediate subiiciimus, & exemptionem, liberationem, susceptionem, & subiectionem huiusmodi in quocunque foro, et Tribunali, ac dicta Camera, & respectu cuiuscunque solutionis illi facienda semper fauorabiliter censi debere, et de illis in quacunque causa, lite, & controversia ad interpretationem extensuam habendam esse, quæ pro alia, quantumvis pia, et priuilegiata, ac ad pios usus destinata, et applicata causa, fieri posset, declaramus ipsi quoque Collegio, ac illius Reætori, Scholarib[us], Cappellanis, Oeconomis, Officialibus, Ministris, et personis, ut omnibus, et singulis priuilegiis, exemptionibus, libertatibus, Immunitatibus, prærogatiis, antelationibus, præminentiis, concessionibus, Indultis, fauoribus, cæterisque gratiis vniuersis tam Spiritualibus, quam temporalibus, quibus alia Collegia, et pia loca in dicta Vrbe instituta, illorumque Rectores, Scholares, Cappellani, Oeconomi, Officiales, Ministri, et personæ de Iure, usu, consuetudine, priuilegio, vel aliis quomolibet vtuntur, suuntur, potiuntur, et gaudent, ac utr[um] frui, gaudere possunt, et poterunt, quomolibet in futurum non solum ad eorum instar,

sed

sed æque principaliter, et pariformiter in omnibus, et per omnia vti, frui, potiri, & gaudere, nec non ram ipsi, quam corum Coloni, Arrendatarii, Liuellarii, Conductores, et Emphiteutæ prædicti vinum, triticum, hordeum, legumina, blada, frumenta, et cuiusvis generis fruges, et grana, ex quibuscunque proprietatibus, possessionibus, et bonis dicti Collegii, illiusque membrorum, et annexorum quorumcunque prouenientia de quibuscunque Provinciis, terris, et locis Nobis, et Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediatæ subiectis, cuiusvis licentia desuper minimè requisita, et absque alicuius pecuniæ, vel alterius rei solutione, et præstatione perpetuo facienda, aut censuræ, vel poenæ in versu extrahere, aut extrahi facere, ad dictum Collegium, pro illius usu conducere, et etiam illa in dicta Vrbe, illiusque districtu, nec non vniuerso statu Ecclesiastico vendere, distractare, et de illis ad eorum libitum disponere libere, et licite valeant, eisdem auctoritate, et tenore similiter perpetuo indulgemus, districtius quoque in virtute S. Obedientiæ inhibemus Legatis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Locorum Ordinariis, Vicelegatis, Locatenentibus, Vicarijs, Iudicibus, et aliis prædictis eiusdem S. R. E. Camerario, et dictæ Cameræ Thesaurario Clericis, Præsidentibus, Commissario, nec non Annonæ Præfectis, ac Pedagiorum, Datiorum, Vectigalium, Gabellarum, Angariarum, Bullettinorum, Decimatum, talearum, taxarum, et aliorum onerum, ac subsidiorum prædicatorum appaltatoribus, Dohaneriis, Vicecedohaneriis, exactoribus, Datiariis, et quibusvis aliis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiae existentibus, ac quacunque auctoritate, & potestate fungentibus in quorumcunque priuilegiis, Indultorum eis sub quibusvis tenoribus, & formis concessorum, & Concedendorum, seu etiam Annonæ, seu Abundantiæ, aut cuiusvis necessitatis, vel quouis alio prætex-

tu Collegium, illiusque Rectorem, Scholares, Cappellanos, Oeconomos, & Ministros, ac personas huiusmodi, seu eorum aliquem super premissis, quomodolibet molestare, perturbare, vel inquietare audeant, seu presumant. Ut autem ipsius Collegii Clementini bono Regimini, gubernio, et conservationi opportunè consulatur, dictum Petrum Cardinalem, & eo vita functo, alium eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ex nostra familia, aut parentela, vel in eius defectum quemicunque alium ex eiusdem S.R:E. Cardinalibus, quem Prælatus, si adsit, vel Laicus primogenitus de familia, seu Parentela nostra prædicta, vel ijs omnibus deficientibus, Rector, et Scholares prædicti, seu eorum maior pars duxerit eligendum, eiusdem Collegij Clementini, illiusque Personarum, rerum, bonorum, Iurium, & priuilegiorum, Protectorem, Defensorem, et Conservatorem, ac Iudicem Ordinarium, cuius consilio, et ope omnia supradicta, et quæcunque alia in eis, et circa ea necessaria, & opportuna statuantur, & ordinentur, sic tamen, vt cum primùm aliquis de familia, & parentela ad Cardinalatus honorem assumptus fuerit, statim, & eo ipso dicti Collegij Protector sit, & esse censeatur, & alter Cardinalis exteriùs in Protectorem, vt supra, electus, à munere, & officio Protectoris huiusmodi vacet, constituimus, & deputamus, nec non eidem Petro Cardinali, ac pro tempore existenti Protectori Collegij Clementini huiusmodi illius Rectorem, Cappellanos, Oeconomos, Officiales, Aduocatos, Procuratores, cæterosque Ministros pro liberò, & absoluto eius voluntatis arbitrio deputandi, & amouendi, ac loco amouendorum alios sufficiendi, nec non quæcunque statuta, ordinationes, Cappellam, & decreta ad eiusdem Collegij Clementini, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, & gubernium, directionem, administrationem, ac Scholarium

præ.

prædictorum receptionem, admissionem, ætatem, qualitatem, vietum, instructionem, disciplinam, ac studij cursum pertinentia, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus di-
Et Concilij decretis non contraria, quæ eo ipso Apostolica auoritate confirmata, & approbata sint, & esse censeantur, ac ab omnibus, ad quos pro tempore spectabit etiam sub poenis in contravenientes statuendi obseruari debeant facien di, ac edendi, & illa quoties pro eorum, & temporum qualitate, seu aliàs expediens videbitur, immutandi, corrigendi, moderandi, & etiam alia ex integro condendi, & omnes singulae que lites, causas, & differentias tam Civiles, quam Criminales, & mixtas dictum Collegium Clementinum, illiusque res, & bona, ac personas quomodolibet concernentia, tam actiùe, quam passiuè etiam contra alia Collegia, & pia loca, atque vel magis priuilegiata, eorumque res, bona, personas, vel è conuerso, ac vltro, citraque ad inuicem, vel aliàs quomodolibet motas, & mouendas, ac etiam per appellationem, & in quacunque instantia, coram quibusuis Iudicibus introductas, indecisas, ac pendentes, etiam illas ab ipsis Iudicibus auocando per se, vel eius Viceprotectorem, aut alium, seu alios, quos ad hoc duxerit deputandos, etiam summiariè simpliciter, & de plano, & sine strepitu, ac figura Iudicij, sed sola facti veritate inspecta, & etiam manu regia, cum omnibus, & singulis suis Incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, & priuatè quoad omnes, & singulos alios Iudices Ordinarios, & Delegatos, eorumque Curias, & Tribunalia Ecclesiastica, vel Secularia, audiendi, cognoscendi, & fine debito terminandi, nec non quoscunque interesse habentes tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam per editum publicum constito sibi summiariè de non ruto accessu citandi, & quibusuis aliis, eiusdem Curiæ Iudicibus, ac personis quibus, & quoties opus fuerit sub sententiis, cen-

foris,

suris, & pænis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, de quibus
sibi uidebitur, i[n]h[ab]endi, & in euentum non positionis ad de-
clarationem incursus sententiarum, censurarum, & penari m
huiusmodi procedendi, ac sententias de super ferendas debi-
tæ executioni demandandi, seu demandari faciendi, contra-
dictores quoslibet, & rebelles per similes sententias, censuras,
& poenas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia compe-
scendi, ac etiam auxilium brachii sacerdotalis ad hoc inuocan-
do, nec non quæcunque dubia, difficultates, si quæ præmissa
rum occasione quomodolibet oriri contigerit, declarandi,
& interpretandi, omniaque, & singula in eisdem præmissis,
ac circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi,
dicendi, gerendi, exercendi, ac exequendi, & omnia quæ-
cunque opportuna remota, plenam, liberam, & omnimo-
dam facultatem, & auctoritatem pariter perpetuò tribuimus,
& elargimur. Decernentes presentes literas, ac in eis con-
tentia quæcunque etiam ex eo, quod Superiores dicti Ordinis,
& quicunque alii in præmissis quomodolibet interesse ha-
bentes, vel habere prætendentes illis non consenserint, &
causæ, propter quas hæc tria facta fuerint coram dicto
Vrbis Vicario, & locorum Ordinariis, & tanquam à Sede
Apostolica delegatis, vel alibi examinatae, verificatae, & ius
stificatae non fuerint, neque in eis quæcunque solemnitates,
& alia de Iure, vel consuetudine, vel priuilegio, seu iuxta sta-
tuta, ordinationes, & constitutiones vrbis, & Cameræ prædi-
ctorum, aut alijs quomodolibet requisita, & in similibus ne-
cessaria interuenerint, seu etiam enormis, & enormissimæ
laesionis, aut alio quouis prætextu, seu aliis ex quibusuis causis
quantumvis legitimis, & Iuridicis de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel
quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in lus, vel
controuersiam vocari, ad terminos Iuris reduci, vel aduersus
illas quodcumque Iuris, vel facti remedium impetrari nulla-

tenus

tenuis vñquā posse, neque sub quibusuis similiū, vel dissimi-
liū gratiarum, ac vñionum, applicationu[m] etiam effectum
suum plenarium, & nondum sortitarum reuocationum su-
spensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositioui-
bus per nos, vel alios Romanos Pontifices successores nostros
etiam in crastinum assumptionis successorum nostrorum ad
huiusmodi Apostolatus apicem, sub quibusunque verbo-
rum expressionibus, & formis etiam motu, & potestatis ple-
nitudine similibus pro tempore factis comprehendti, sed tan-
quam pro fundatione, & seu donatione dicti Collegii Cle-
mentini ad bonarum artium cultum instituti concessas sem-
per ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristi-
num, & eum, in quo antea quomodolibet erant, statum resti-
tuta, reposita, & plenariè reintegrata, ad de nouo, & sub da-
tum, per Procuratorem, Rectorem, & Scholares pro tempore
existentes prædictos quandocunque eligenda de nouo con-
cessa fore, & esse, suumque plenarium effectum sortiri, & obti-
nere, nec quemquā ad easdem presentes literas in Camera præ-
dicta iuxta Constitutionem piæ memoriae Pij Papæ Quarti
prædecessoris nostri desuper edita, aut alijs quomodolibet
præsentandarum insinuandum, & registrari faciendum te-
neri, neque illas propterea irritas esse, sed omnino valere, &
suffragari, perinde ac si Constitutio prædicti alii contraria
minima emanasset, sed iuxta eandem Constitutionem in di-
cta Camera præsentatæ, insinuatæ, ac registratæ fuissent, sic
que per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam
causarū Palati Apostolici Auditores, ac eiusdem S.R.E. Car-
diniales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet
quouis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & au[to]rity,
iudicari, & definiti, irritum quoque, & inane si secus su-
per his à quoquam quouis au[to]ritate scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari. Quocirca Vener. fratribus nostris
Ostiensi, & Portuensi Episcopis, ac dilecto filio causarum:

Ca-

Cameræ Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel aliu n^o, seu alios præsentes literas vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Protectoris, Rectoris, & Collegialium prædictorum, aut aliorum in præmissis interesse habentes fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra, easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque firmiter obseruari, ac illos præmissis omnibus, & singulis pacificè trui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebet molestari. Contradictores quoslibet rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, alia que opportuna Iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sacerularis. Non obstantibus priori voluntate, ac ordinatione hujusmodi, ac nostra de non tollendo Iure quæsito, ac Lateranen, & aliorum Generalium Conciliorum nouissimè celebratorum, vniones perpetuas, nisi in Casibus à Iure per missis fieri, & beneficia vnius dioecesis cum aliis beneficiis Ecclesiasticis, Collegiis, vel locis alterius dioecesis vniuersitati prohibentium, ac prædicti Pii Predecessoris de gratiis interesse Cameræ prædictæ concernentibus intra certum tunc expressum tempus in dicta Cameræ registrandis, ac fæl. rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, uel diœcensem nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine sue diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem, uel Dioecesibus, in quibus deputati fuerunt contra quoscunque procedere, aut alii, uel aliis uices suas committere quoquo modo audeant, seu præsumant, et de duabus dietis in Concio-

lio generali edita, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque quibusvis. Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus, Vniuersalibus, Conciliis editis specialibus, et generalibus constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Cameræ Viris Ciuitatum, Provinciarum, Locorum, Monasteriorum, et Ordinis prædictorum etiam Iuramento confirmatae, Apostolica, uel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, legibus etiam municipalibus, priuilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis illis, nec non Sancti Cæsarei Diacono seu Præsbytero Cardinali pro tempore, ac Legatis, Archiepiscopis, Episcopis, Ordinariis, Vicelegatis, loca tenantibus, Vicariis, officialibus, Iudicibus, Camerario, Gubernatori, Auditori, Senatori, Conservatoribus, Præsidentibus Ecclesiasticis, Thesaurariis, Commissariis, Appaltatoribus, Dohaneriis, Datiaris, Prefectis, Exactoribus, et aliis predictis, nec non ipsius Monasteriis, et Ordinis Superioribus, Conuentibus, et d.^{is} filiis Populo Romano, coeterisque personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis in generale, vel in specie per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac per Nos, et Sede in hujusmodi etiam motu, ac potestatis plenitudine similibus, et consistorialiter etiam ad Imperatoris, Regum, Regina rum, Principum instantiam, vel aliorum contemplatione aut intuitu, seu aliis quomodolibet etiam iteratis vicibus, etiam contra exemptos concessis approbatis, et innouatis, etiam si in eis caueatur expressè, quod illis etiam vigore, et implicitè derogationis efficaciores, et insolitas, ac etiam irritantia, et alia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari, neque derogatum censi possit, nisi illorum tenor de verbo ad verbo

nihil penitus omisso, insertus, ac huiusmodi derogationes consistorialiter, ac de eiusdem S.R.E. Cardinalium consilio, ac cum expressione, causarum in huiusmodi priuilegiis, & Indultis, ac desuper confessis literis expressarum factæ, et per triunas literas eundem tenorem in se continentes tribus distinctis vicibus iis, quorum interest, legitimè intimatæ, ac insinuatæ fuerint, ac tunc demum ipsorum interesse habentium ad id expressus accesserit assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragentur. Quibus omnibus, & si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis mentio habenda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insereretur præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice specialiter, & expressè derogamus, ac sufficienter derogatum esse decernimus, contrariis quibuscumque. Aut si Camerario Thesaurario, Clericis, Præsidentibus, Dohaneriis, et aliis prædictis, vel quibusuis communiter, & diuīsim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod propter vñionem, annexionem, et incorporationem huiusmodi dictum Monasterium in spiritualibus non ledatur, et in temporalibus detimenta non sustineat, sed illius congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrę absolutionis, necctionis, Institutionis, donationis, Concessionis, vñionis, annexionis, incorporationis, applicationis, aſſignationis, reuocationis, cassationis, annulationis, dissolutionis, exemptionis, liberationis, ſuceptiōnis, ſubiectionis, declarationis, Indulti, inhibitionis, cōſtitutionis, deputationis, tributionis, elargitionis, mādati, derogationis, decretoriū, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis &c. Dat. Romę apud S. Marcum Anno Incarn. Dñicę M DC IV. 9 Iuli Pont. nostri anno 3. dec.

PAVLI QVINTI.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 Confirmantur omnia, quæ hactenus Superiores Pontifices Congregationi concesserunt.
- 2 Conceditur, ut quocunque anni tempore de consensu Capituli collegialis recipiantur Novitij in domibus, vel Collegijs à Capitulo Generali destinatis, utque in Congregationis Ecclesiis omnium Christi fidelium cattauerat sine praēiudicio Parochorum sepulture mandentur, & sua cure commissis Sacramentum extremaunctionis ministrare.
- 3 Ut Conservatorem diligere sibi possit Congregatio enia datur, & eiusdem munus prescribitur.
- 4 Ab omnibus derogationibus, limitationibus Bulla vindicatur.



AV L V S E P I S C O P V S Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cūm ad vtilitates, & commoda, quæ Reip. Christianę ex Religiosorum Congregationibus ad animarum salutem, & proximi subuentiōnem rectè, ac ritè institutis Dei benignitate prouenire noscuntur, aciem nostræ mentis extendimus, non immerito inducimur ea, quæ à diversis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris eisdem Congregationibus concessa, ordinata, & approbata fuisse comprehendimus, vt Religiosi ipſi eò feruentiūs, ac promptiūs ad illo-

rum obseruationem excitentur, quò fuerint sæpius Apostolico munimine roborata, confirmanda, & approbanda, ac de nouo concedenda fore censemus, ac, vt Congregationes ipsæ, earumque Religiosi, res, & bona à quibusunque molestijs, & iniurijs præseruentur, opportunum libenter adhibemus remedium, ac alias desuper disponimus, prout ipso rum Religiosorum vota exposcunt, & nos conspicimus in Domino expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum modernorum Præpositi Generalis, & Presbyterorum Congregationis Clericorum Regularium de Somascha, alias Sancti Maioli nuncupatæ Papiens. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ab anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octauo ad omnipotentis Dei gloriam, populorum ædificationem, animarum salutem, & pauperum subventionem dicta Congregatio à Q. Hieronymo Miani, dum vixit, nobili Veneto fundata, & instituta, & postea à fel. record. Paulo III. cum facultate eligendi Superiorum, & condendi constitutiones, ac loca pro educatione Orphanorum, & aliorum piorum operum exercitio vbi cunque accipiendi; Nec non à piæ me. Pio IV. qui etiam nonnullas Indulgentias, & gratias speciales eis concessit, approbata: Et demum à recol. mem. Pio Quinto Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris in Religionem Clericorum Regularium huiusmodi cum facultate emittendi tria vota redacta, atque erecta, & exinde eadem Religio, cui unus Præpositus Generalis eius Gubernator, & Rector præstet, & cuius Ministri pro tempore probati, ac magis idonei reperti, simulque vita, moribus, & charitatis feruore commendati ipsorum Orphanorum, nec non etiam aliquorum Seminiorum, quorum ipsa Congregatio curam suscepit, ac Scholarum, & Academicarum in ea tam ad Orphanorum, quam aliorum puorum institutionem erecta, aliisque piis operibus, & exercitiis occupata diuersimodè, & in quam plurimis Italiæ ciuitatibus,

bus, ac locis ad maiorem Dei omnipotentis gloriam, ac fidei catholicæ propagationem, proximique subventionem aucta fuit, & in dies augetur, & ex qua vberes fructus in Vinea Domini prouenire noscuntur, ac intuitu, & in fauorem tam piorum operum similis me. Gregorius Papa XIII. similiter prædecessl. noster eidem Congregationi inter cætera illius Præpositum Generalem, aliosque Superiorum, & personas professas, & non professas; Nec non dictæ Congregationis familiares, & ministros cum omnibus Ecclesijs, Oratorijs, coemeterijs, capellis, Domibus, & Conuentibus, mobilibus, & immobilibus, alijsque bonis, & iuribus, iurisdictionibus, ac rebus tunc præsentibus, & futuris, tam sacris, & religiosis, quam profanis ad dictam Congregationem spectantibus, vel quæ in futurum spectarent, ab omni iurisdictione, dominio, potestate, superioritate, subiectione, visitatione, correctione quorumcunque locorum Ordinariorum quacunque dignitate, præminentia, & autoritate fungentium, & aliorum Iudicium Ecclesiasticorum, & Sæcularium in perpetuum exemit, & liberauit, ac sub sua, & Sedis Apostolice, ac Beati Petri protectione immediatè recepit; Nec non Præposito Generali, & alijs prædictis, quòd idem Ordinarij, vel Vicarii, & Officiales eorum, aut alijs quicunque Iudices, etiam ratione criminis, delicti, contractus, vel rei, de qua agitur, vbi cunque committatur delictum, ineatur contractus, & res ipsa consistat, nullam in Præpositum, res, & bona Congregationis huiusmodi iurisdictionem exercere possint, ipsi vero Presbyteri dictæ Congregationis Regulares Missas celebrare, & confessiones alienæ parochialis Ecclesiæ subditorum audire, ac Sacramentum Eucharistiæ omnibus anni temporibus, Paschatis duntaxat exceptis, ministrare valerent: Ac quòd Ecclesiæ dictæ Congregationis non essent subditæ alteri Ecclesiæ tanquam Matrici, vel cathedrali, seu titulari, ipsique prebyte-

byteri, & clerici regulares maioribus huiusmodi Ecclesijs, vel locorum Ordinarijs, etiam S. R. E. Cardinalibus assistere, vel seruitum aliquod præstare, seu ad funera defunctorum nisi eorum, quoru[m] cadavera in Ecclesijs ipsius Congregationis sepelirentur, accedere minimè tenerentur, concessit, & indulxit: Voluitque quòd illi, qui in dicta Congregatione professionem pro tempore emisissent, ad aliquem alium Ordinem, & Congregationem, etiam si arctior inibi vigeret regularis obseruantia, exceptis solùm Ordinibus Fratrum Capuccinorum, & Carthusianorum, nisi obtenta priùs à Superiore dictæ Congregationis licentia, transire nullatenus possent sub poena apostasie, & excommunicationis latæ sententiæ, quam tam in ipsis transeuntes, quam eorum receptores, etiam cuiuscunque Priuilegij Apostolici prætextu, cui ad hunc effectum specialiter derogauit, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis absolui valerent, promulgauit: Et postmodum eiusdem mem. Clemens Papa VIII. pariter prædecessor noster omnia, & singula prædicta, & quæcunque alia priuilegia, exemptiones, immunitates, concessiones, facultates, prærogatiwas, indulta, favores, & gratias prædictæ Congregationi, singulisque illius Domibus, Conuentibus, Collegijs, Ecclesijs, Capellis, Oratoriis, Hospitalibus, & locis, nec non Præposito Generali, aliisque Superioribus, & personis tam professis, quam non professis, ac familiaribus, domesticis, eiusque alias quomodolibet inseruientib[us], tam per dictos Prædecessores suos, ac se, & dictam Sedem, eiusque authoritate quomodolibet concessa, ac defuper confessas literas, omnaque in eis coutenta, nec non omnia, & singula Statuta, Ordinationes, Regulas, & Constitutiones in uniuersa Congregatione prædicta, illucusque edita, licita tamen, & honesta, sacrisque canonibus, ac Conc. Trid. minimè contraria perpetuò approbavit, & confirmavit, ac eidem Con-

gre-

gregationi, eiusque Præposito Generali, quòd ipse Præpositus cum voto eius Consiliariorum à Capitulo Generali ipsius Congregationis deputatorum, cum quibusvis eiusdem Congregationis professis defectum natalium patientibus, etiam ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines suscipiendos, ac in eisdem etiam in Altaris ministerio ministrandum, nec non ad quanicunque ipsius Congregationis administrationem, officium, & dignitatem recipiendum, retinendum, & exercendum dispensare: Idemque Præpositus Generalis, ac Visitatores eiusdem Congregationis toties, quoties opus esse iudicarent, Orphanotrophia, & loca tam Puerorum, quam Puellarum sub cura, regimine, administratione, & disciplina dictæ Congregationis existentia, absque eo quòd defuper à Gubernatoribus, sive Oeconomis, & Administratoribus rerum temporalium ipsorum impedirentur sub poena excommunicationis maioris latæ sententiæ statim per impeditentes ipso facto incurrienda, si post monitionem ab Episcopo faciendam ab huiusmodi impedimentis non desisterent, à qua non nisi à Sede prædicta, præterquam in articulo, absolui posint, sine præiudicio iurium Episcopi, visitare, & quæ reformanda forent circa disciplinam eorundem Puerorum, & Puellarum, ac regimen spirituale, reformare libere, & licetè valerent, etiam concessit; ac eandem Congregationem, singulisque illius Collegia, & loca, eorum Superioris, & alios ab omni onere audiendi confessiones ordinarias quarumcunque Monialium, præterquam Orphanarum iuxta antiquum ipsius Congregationis institutum, nec non ab omnibus alijs onerib[us], & curis, que seruituti, ac commodati Orphanorum, Seminariorum, & disciplinæ regularis huiusmodi impedimento, & damnno esse quoquomodo possent, omnino, & in perpetuum absoluit, & penitus liberauit, ita ut ex tunc

nul-

nullus, etiam si esset Præpositus Generalis, aliqua huiusmodi onera, vel curas nisi de consensu duarum ex tribus partibus Capituli Generalis huiusmodi suscipere auderet, neque posset; Nec non omnes Professiones emissas tunc usque a quibus suis Clericis, & Laicis dictæ Congregationis, etiam si non in manibus Præpositi Generalis, aut eius Vicarij, sed aliorum presbyterorum inibi professorum factæ essent, neque constaret illos eo tempore autoritate in tales professiones recipiendi habuisse, validas, firmasque, & ratas esse, & fore, perinde ac si à Præposito Generali, vel eius Vicario prædicto receptæ essent, dummodo alias canonice factæ fuissent, & tales professi professioni huiusmodi tunc acquiescerent; lice reque imposterum Præposito Generali prædicto huiusmodi facultatem admittendi ad professionem cuilibet Præposito, & Rectori inferiori eiusdem Congregationis demandare, seruata in reliquis forma constitutionis pia mem. Sixti Papæ Quinti, etiam prædecessoris nostri desuper editæ, decreuit. Cumque nonnulli dictæ Congregationis post huiusmodi decretum, licet antea nunquam reclamascent, occasionem reclamandi sumpsisserent, eò quod non in manibus Præpositi Generalis, vel Vicarij huiusmodi professi erant, intelligentes verba dicti Pii Quinti prædecess. de Vicario Generali, & non de quolibet delegato à Præposito, vel Vicario generali huiusmodi, declarauit dispositionem constitutionis dicti Pij Quinti prædecess. dum voluit profesiones emittendas esse, & fore in manibus Præpositi Generalis, vel eius Vicarii, intelligentiam esse, nendum de Præposito, & Vicario Generali, sed etiam de quolibet ab eisdem delegato, Et per consequens omnes, & singulas profesiones in manibus quorumcunque Presbyterorum dictæ Congregationis ipsius Præpositi, vel Vicarii Generalis delegatorum, ac eorum nomine à prædictis presbyteris receptoras, licet per se ipsos tantum, et proprio nomine illas recipiendi

piendi autoritatem non habuissent, validas, & efficaces fuisse, & esse. Et deinde ex interpretatione literarum eiusdem Pii Quinti prædecessoris, quibus eidem Congregationi, ut qui in ea manere, aut ex tunc ingredi vellent, tria vota, ac professionem regularem huiusmodi emittere valerent, quodque si qui antea per decennium in eadem Congregatione laudabiliter vixerant, in eadem professionem huiusmodi absque probationis anno incontinenti emittere valerent, facultatemque ad triennium duraturam concessisset, ipsoque triennio elapso professionem huiusmodi emissuros probationis annum antea complere voluisse. Orto alio dubio, num aliquorum, qui in dicta Congregatione, non ut Ministri, sed ut Scholares, vel partim Ministri, & partim Scholares à pueritia in eadem per decennium continuum laudabiliter permanserant, & aliorum qui non per decennium continuum, sed interpolatum, ac quandoque intermissum in eadem Congregatione vixerant, profesiones sic incontinenti absque anno probationis emissa, & factæ, vere, validæ, & legitimæ essent, præsertim quia nonnulli ipsorum Præpositi, & Vicarii Generales extiterant, ac aliorum profesiones receperant, ac multa alia in ipsa Congregatione egerant, ad omne huiusmodi dubium tollendum concessit, ut sic in ea professi denuo in manibus Præpositi Generalis, aut alicuius personæ dignitate Ecclesiastica constitutæ profiteri valerent, & ut sic professi essent, eorum locis, & officiis, ac in dignitatibus fruerentur, ac si ab initio legitimè professi essent, ac omnia eorum acta valida, & firma essent. Et quia nonnulli, qui de eorum professionis validitate dubitabant, coram toto Capitulo Generali in Civitate Cremonæ celebrato in manibus eiusdem Præpositi Generalis, ut unus hic Romæ in manibus tunc existentis Vicegerentis Vicarii Vrbis ad maiorem eorum conscientiarum securitatem huiusmodi professionem denuo emis-

N
rant,

rant, & alij fortassis similimodo professionem denuo emissi erant, omnes, & singulas profesiones de nono, vt præfertur, emissas, & deinceps infra sex Mensium spatium emittendas à personis quibuscunque in dicta Congregatione iamdudum professis, de quorum professionis validitate præmissorum causa dubitari poterat, confirmauit, & approbavit, ac eisdem sic professis, & deinceps professuris, vt præfertur, & quæuis officia, dignitates, & munera eiusdem Congregationis, si quæ obtinebant, retinere, ac eis deferenda recipere, & exercere, ac omnibus, & singulis gratijs, honoribus, priuilegiis, prærogatiuis, & aliis spiritualibus, & temporalibus indulgentijs eidem Congregationi, eiusque Religiosis concessis, & in futurum concedendis vti, frui, & gaudere valerent, perinde ac si profesiones primò emissæ veræ, validæ, ac legitimæ fuissent, & successiue elapsis dictis sex Mensibus alios sex Menses, vt illi de quorum professionis validitate quoquomodo dubitabatur, infra ultimos dictos sex Menses professionem eandem, vt supra, de nouo emittere vellent, respectiuè concessit. Et postremò cum nonnulli de eadem Congregatione, eò quòd solùm essent profesi per aliquot annos, & in presbyteratus ordine constituti, prætenderent se in Capitulo Generali habere vocem actiuam, & passiuam, & admittendos esse in electionibus Præpositi Generalis, & aliorum quorumcunque Superiorum contra formam eiusdem Constitutionis dictæ Congregationis, qua disponitur, vt non passim, & sine matura consideratione, cuiuscunque conditionis Fratres inter Vocales Capituli Generalis admittantur, à quo omnis utilitas totius Religionis dependet, totumque illius sustinet onus, sed iij solùm, qui vita, & moribus cæteros antecellant, quiue prudenter, consilio, & scientia in rebus arduis consulere, qui item aliquot per annos fuerint in Religione probati, elapsusque

sumque fuerit ad minus triennium post emissam professionem, quiue ætatis suæ saltem trigesimum annum attigerit, & ne Vocalis vnquam sit, vel qui apostatauerit, vel in aliquo delicto deprimens fuerit, vel de quo probabiliter dubitabatur, ea quæ in Comitiis tractantur, secretò minimè retenturus ex evidentibus indiciis, & alias prout in dicta Constitutione dicitur contineri. Et quia dictæ qualitates in eo, qui adscribendus est in numero Vocalium, à nullis aliis possunt ita rectè inquiri, & perpendi, quæ ab eisdem Religiosis Vocalibus, qui eum admissi sunt, propterea eadem Congregatio consueverat non admittere aliquem in numero dicti Capituli Generalis nisi in eodemmet Capitulo propositus, & per vota secreta ipsorummet Religiosorum Vocalium suffragante sibi maiori parte Votorum electus fuisset, & inde Clerici eiusdem Congregationis tum ad vitæ, & morum integritatem, tum etiam ad bonarum artium, & regularis disciplinæ studium, & obseruantiam excitabantur, nullum amplius ad scribendum fore, & esse in numero Vocalium Capituli Generalis dictæ Congregationis, nec in eo vocem actiunam habere, nisi seruata in omnibus forma dictæ, & aliarum eiusdem Congregationis Constitutionum, & nisi etiam iuxta supradictam consuetudinem fuerit in eodem Capitulo propositus, & per vota secreta à Religiosis Vocalibus Capituli Generalis eiusdem Congregationis electus, & admissus, decreuit, & declarauit, omnibusque aliis se vocem actiuam in Capitulo prædicto habere prætentibus, & ab eisdem Religiosis Vocalibus Capituli Generalis huiusmodi electis, & admissis perpetuum silentium imposuit, & imponi mandauit, & alias prout in Pauli Terti, Pii Quarti, & Pii Quinti, ac pro eo quòd literæ super exemptione. & aliis prædictis antequam conficerentur, dictus Gregorius



prædecessor, sicut Domino placuit, rebus fuerat humanis
exemptus, in Sixti, ac singulis Clementis prædecessor. præ-
dictorum literis desuper confessis pleniū continetur. Cum
autem sicut eadem petitio subiungebat, dicti moderni Præ-
positus, & Præsbyteri dictæ Congregationis pro præmissorum
firmiori subsistentia cupiant præmissa omnia per nos,
& dictam Sedem confirmari, & approbari, pro eorum
dem modernorum Præpositi, & Præsbyterorum parte no-
bis fuit humiliter supplicatum, quatenus iplorum pio desi-
derio huiusmodi annuere, aliisque in præmissis opportunè
prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui
Religiosorū vota ad exauditionis gratiam libenter admitti-
mus, Modernos dictæ Congregationis Præpositum, &
presbiteros, ac eorum quemlibet à quibusvis excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasti-
cis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine qua-
uis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat con-
sequendum, harum serie absoluente, & absolutos fore
censentes, ac singularum literarum prædictarum tenores
etiam veriores prætentibus pro expressis habentes huius-
modi supplicationibus inclinati omnia, & singula præ-
dicta, nec non quæcunque alia priuilegia, exemptiones,
immunitates, concessiones, facultates, prerogatiwas, in-
dulta, et gratias prædictæ Congregationi, singulisque illius
Domibus, Conuentibus, Collegiis, Ecclesiis, Capellis,
Oratoriis, Hospitalibus, et Locis, nec non Præposito Ge-
nerali, aliisque Superioribus, et personis tam professis,
quam non professis, ac familiaribus, et domesticis hu-
ijsmodi, eisque alias quomodolibet inseruientibus, tam
per dictos, quam alios quoscunque Romanos Pontifices,
etiam prædecess. nostros, ac Nos, & Sedem eandem quo-
modolibet concessa, ac singulas desuper confessas lite-

ras,

ras, & omnia in eis contenta, Nec non omnia, & singu-
la Statuta, Ordinationes, Regulas, & constitutiones in vni-
uersa Congregatione prædicta hucusque edita, licita tamen,
& honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini
decretis minimè contraria, nec reuocata, nec sub ullis re-
uocationibus comprehensa, citra tamen facultatem di-
spensandi super irregularitatibus, ex delictis tam publicis,
quam occultis prouenientibus, & dummodo Confessa-
rius Regularis, qui pro tempore confessiones poenitentium
alienæ Parochiæ huiusmodi audiat, ab Ordinario loci ad
eas audiendas prius fuerit approbatus, nullumque pro-
pter Cadauerum eorum, quæ in Ecclesijs, vel Cœme-
teriis, aut aliis locis dictæ Congregationis sepulturam
elegerint, iuribus quorumcunque parochorum præiudi-
cium inferatur, Apostolica authoritate, tenore præsen-
tium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque
omnibus singulis perpetuae, & inuiolabilis Apostolicæ
firmitatis robur adiicimus: Nec non omnes, & singulos
tam iuris, quam facti, ac solemnitatum forsan omissarum,
& quoscunque alios etiam quantumvis substantiales de-
fectus, si qui desuper quomodolibet interuenierint, sup-
plemus. Ac insuper, ut Nouitii habitum dictæ Congre-
gationis pro tempore suscipere volentes in omnibus, &
singulis dictæ Congregationis Domibus, Collegiis, &
locis ad hoc per illius Capitulum generale pro tempore
celebrandum destinandis, de consensu tamen Capituli Col-
legialis, quocunque anni tempore recipi, & admitti. Præ-
terea, ut in quibuscunque eiusdem Congregationis Eccle-
siis, Capellis, Oratoriis, Hospitalibus, Cœmeteriis, &
locis omnes, & quicunque Christi fideles tam Ecclesia-
stici, quam Seculares, qui in eorum testamentis, vel ore-
tenus, seu alias quomodolibet sepulturam in eis sibi ele-
grent, sine tamen præiudicio iurium quorumcunque Paro-
chos-

chorum , sepeliri , & recondi . Ac ut singuli Presbyteri professi dictæ Congregationis omnibus , & quibuscumque personis degentibus , & commorantibus in Orphanotrophiis , Seminarijs , Academiis , & Conuictorum Collegijs , sub cura , regimine , & administratione dictæ Congregacionis existentibus , Extremæ Vnctionis , nec non etiam tempore Paschatis Resurrectionis Dominicæ Festiuitatis , Sanctissimæ Eucharistiae Sacra menta , absque aliquo censurarum , vel pœnarum incursu ministrare . Postremò eidem Congregationi , illiusque Præposito Generali , ut vnum Conservatorem , qui iuxta Decreta Concilii Tridentini per se , vel alium , seu alios , etiam si sit extra loca , in quibus deputatus fuerit Conservator , etiam Iudex dictæ Congregationi , illiusque Præposito , & Presbyteris prædictis efficacis defensionis præsidio assistens , non permittat eosdem , Præpositum , & Presbyteros super quibuslibet bonis , & iuribus ad dictam Congregationem legitimè spectantibus à quibusuis indebitè molestari , vel grauamina , damna , siue iniurias irrogari , facturus Præposito , & Presbyteris prædictis cum abeis , vel Procuratoribus suis , aut eorum aliquo fuerit requiritus , de personis quibuslibet super restitutione Castrorum , Villarum , Terrarum , ac aliorum locorum , iurisdictionum , rurium , & bonorum mobilium , & immobilium , reddituum quoque , & prouentuum , ac aliorum quorumcunque bonorum ad dictam Congregationem legitimè spectantium , nec non de quibuslibet iniurijs , molestijs , atque damnis præsentibus , & futuris , in illis videlicet , quæ iudicialem requirunt indaginem , summiariè , simpliciter , & de plano sine strepitu , & figura iudicij , in aliis verò prout qualitas negotiorum exigerit , iustitiae complementum , occupatores , seu detentores , præsumptores , molestatores , & iniuriatores huiusmodi , nec non contradictores quoslibet , & rebelles cuiuscumque .

di-

dignitatis , status , gradus , ordinis , & conditionis extiterint , quandocunque , & quotiescumque expedierit , autoritate nostra per censuras Ecclesiasticas , appellatione postposita , compescendo , inuocato etiam ad hoc , si opus fuerit , auxilio brachii secularis , eligere liberè , & licetè possint , & valeant , eisdem autoritate , & tenore , etiam perpetuò concedimus , & indulgemus , ac licentiam , & facultatem desuper impartimur . Decernentes præsentes literas sub quibusvis similium , vel dissimiliutn gratiarum reuocationibus , limitationibus , suspensionibus , derogationibus , aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore emanatis , & emanandis minimè comprehendi , sed semper , & omni tempore , ac omnino ab illis excipi , & quoties illæ emanabunt , toties in pristinum , & validissimum statum suum restutas , repositas , & plenariè redintegratas , ac de nouo etiam sub quacunque posteriori data per Generalem , & alios Præpositos prædictos pro tempore eligendos concessas , illasque perpetuò validas , & efficaces esse , & censi ri , plenamque roboris firmitatem obtinere , neque Congregationem , ac Præpositum Generalem , & alios Superiores , ac personas illius super eisdem præmissis , illorumque possessione , usu , & commodo pacificis per locorum Ordinarios , aut quoscumque alios quomodolibet molestari , perturbari , seu inquietari , vel impediri posse , sicque , & non aliter per quoscumque Iudices , & Commissarios quavis authoritate fungentes , etiam causarum Palatij Apostoli Auditores , ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales , etiam de Latere Legatos , Vicelegatos , & alios quoscumque , iudicari , ac definiri debere ; Irritum quoque , & inane , si secus super his à quoquam , quavis authoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Non obstante similis memor Bonifacij Papæ VIII . etiam prædecessoris nostri , qua cauetur ne quis extra Ciuitatem , & Dioecesim suam , nisi


fini in certis expressis casibus, & illis nonnisi vltra vnam dietam à fine suæ Dioecesis ad iudicium euocetur; seu ne Iudices, & Conseruatores à Sede prædicta deputati extra Civitatem, & Dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, vel alij, seu aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam Dietam à fine Civitatis, & Dioecesis earundem trahere præsumant, dummodo vltra tres Dietas aliquis autoritate præsentium ad iudicium non trahatur, sed quod de aliis quam manifestis iniuriis, molestiis, violentiis, & aliis, quæ iudiciale requiriunt indaginem, pœnis in eos, si secus egerint, & in illis procurantes dicti Conseruatores nullatenus se intromittant, ac tam de Iudicibus delegatis, & Conseruatoribus, quam personis vltra certum numerum ad iudicium non euocandis, à quibusvis aliis Apostolicis, nec non in Vniuersalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibns, & Ordinationibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, Consuetudinibus, Legibus, & Reformationibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & personis, sub quibusunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & alias in contrarium quomodolibet, etiam pluries, & iteratis uicibus concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alta exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permanuris, hac vice duntaxat harum serie specia-
liter, & expresse, ac sufficienter derogamus, contrariis quibusunque, aut si aliquibus communiter, aut diuisim
à præ-

à prædicta sit Sede indultuni, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac eorum personis, locis, Ordinibus, & Nomini-
bus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis in-
dulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressa, vel totaliter non inser-
ta dicti Conseruatoris iurisdictionis explicatio hac in parte
valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiusque toto te-
nore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ab-
solutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adiectio-
nis, suppletionis, concessionis, indulti, impartitionis, decre-
ti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contra-
ire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio-
nem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnatio-
nis Dominicæ Millesimo Sexcentesimo Quinto, sexto Idus
Martij. Pontificatus nostri Anno primo.

Locus  Sigilli Plumbei.

C. Beriuir.



O

PAVLI

PAVLI QVINTI

B V L L A

S V M M A R I V M.

Omnia Priuilegia Mendicantium Ordinibus concessa ad Somaschensem Congregationem extenduntur, eidem communicantur,

AVLVS PAPA QVINTVS Ad perpetuam rei memoriam. Ex quo diuina Maiestas ad Pastorale fastigium nos quāquam immeritos euexit, illud quantum in nobis semper fuit, superno auxilio freti agere conati sumus, vt piorum hominum Congregationes, quæ ad Divini cultus augmentum, & animarum salutem institutæ sunt, & in obseruatione institutorum suorum piè, & religiosè persistunt, magis quotidie in huiusmodi suo pio proposito confirmentur. Cùm itaque, sicut accepimus, dilectorum filiorum Congregationis, & Clericorum Regularium Somaschæ, aliàs Sancti Maioli Papiensis nuncupatorum fortiores quotidie vires coadiuuantे Domino in militantis Ecclesiæ castris appearant, vt Clerici Congregationis huiusmodi eò feruentius adhuc pugnare studeant, quò maioribus se viderint spiritualibus gratiis fore munitos: ipfos, & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat

con-

consequendum harūm serie absoluentes, & absolutos fore censentes, præter alia quæcunque Priuilegia, & gratias ijsdem Congregationi, & Clericis hactenus quomodolibet concessa, omnia, & singula Priuilegia, prærogatiuas, concessiones, fauores, facultates, declarationes, immunitates, exemptiones, libertates, cæterasque gratias, preeminentias, & indulta cuiusvis generis existentia spirituallia, & temporalia, qualiacunque illa sint, excepta tamen exemptione à Iurisdictione Ordinariorum, quibusuis Mendicantium Ordinum Congregationibus, eorumque Professoribus, ac eorum Monasterijs, Ecclesijs, Domibus, & Regularibus locis, nec non dilectis filijs earundem Religionum, & Congregationum Generalibus Præpositis, Superioribus, Prælatis, & Capitulis tam Generalibus, quām Provincialibus, Fratribus, Nouitiis, Conuersis, Donatis, ac quibusuis eorum, & earum personis in quibusunque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, & per viam communicationis, vel extensionis, aut aliàs quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu per nos, & successores nostros, aut alias authoritatem habentes concessa sunt, & concedentur, ac quibus singulæ Congregationes prædictæ, eorumque Monasteria, Ecclesiæ, Domus, & loca, ac Superiores, Fratres, & personæ huiusmodi de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quavis authoritate in gener e, vel specie, ac tam coniunctim, quām diuisim, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum, quarum concessionum tenores præsentibus pro expressis habentes, ac si de verbo ad verbum inserentur, etiam si talia sint, & forent, quæ specialem, & indiuiduam requirerent mentionem, seu particularem insertionem, quatenus sit in vsu, & non sint reuocata,

O 2

neque

neque sub vllis reuocationibus comprehensa , ac sacris Ca-
nonibus,& Concilij Tridentini decretis non aduersentur ,
ad eandem Congregationem Somascham, seu Sancti Maio-
li , ac singulos illius Conuentus, illorumque Superiores, Pre-
positos, Prælatos , & quascunque personas, authoritate , &
tenore præsentis perpetuò extendimus , illaque eis commu-
nicamus , & de nouo concedimus , ac suffragari volumus,
& declaramus . Non obstante tam fel. record. Bonifacii Pa-
pæ VIII. Prædecessoris nostri de vna , & in Concilio Gene-
rali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis
authoritate præsentium ad iudicium non trahatur , quam
alijs quibuscunque Constitutionibus , & Ordinationibus
Apostolicis tam de Iudicibus delegatis , & Conservatori-
bus , quam personis ultra certum numerum ad iudicium
non vocandis; Nec non quibusuis priuilegiis , & indultis
Apostolicis quibusuis Secularibus vel Regularibus, Militiis ,
Communitatibus, Vniuersitatibus Capitulis , Castris , Villis,
Terris , & quibusuis Cathedralibus , & Metropolitanis, vel
Collegiatis , aut aliis Ecclesiis , Capitulis , Conuentibus Mo-
nasteriis, Hospitalibus, & alijs piis locis, etiam motu, & scien-
tia similibus , & de non trahendis eorum subditis , vel per-
sonis ipsarum Ecclesiarum , Ciuitatum , Vniuersitatum ,
Castrorum , Villarum , & Locorum respectiuè extra eas ,
aut coram illis iudicibus , & personis , quam etiam vigore
quarumcunque literarum Apostolicarum , aut alias qui-
busuis modis , & qualitercunque à quibusuis verborum
formis , & tenoribus, de quibus etiam plena , & expressa, spe-
cialis , specifica , & indiuidua , ac de verbo ad verbum non
autem per clausulas generales idem importantes mentio ,
seu quævis alia expressio habenda , tenores huiusmodi præ-
sentibus pro sufficienter expressis habentes , illis alias in
suo robore permanuris , specialiter , & expressè deroga-
mus, seu aliquibus communiter , aut diuisim ab eadem sit

Sede

Sede indultum, quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam
& expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque . Cæterum
volumus , & dicta authoritate decernimus , quod earundem
præsentium Transumptis , & manu alicuius Notarij publici
subscriptis , & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesia-
stica constitutæ , aut manu Præpositi Generalis , & Sigillo e-
iusdem Congregationis Somaschæ munitis eadem prorsus
fides adhibetur in Iudicio, & alibi vbi opus fuerit, quæ adhi-
beretur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisca-
toris die 9. Nouembris. 1607. Pontificatus nostri Anno tertio.

Scipio Cobellutius.



PAVL

110
PAVLI QVINTI.

B V L L A.

S V M M A R I V M.

Bulla Clementis Octani de Vocalibus confirmatur, etiam si consuetudo eligendi Vocales à viginti annis datæ Bullæ vigeret.

AVLVS PAPA QVINTVS Ad perpetuam rei memoriam. His, quæ pro Congregationum quarumlibet ad fidei Catholicae propagationem institutarum, & personarum in illis degentium prospero statu, & felici progressu per Romanos Pontifices prædecessi. nostros prouidè statuta, & ordinata sunt, vt sublati quibuscumque impedimentis effectum sortiantur, libenter prospicimus. Alias si quidem à felic. record. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis. Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex ex debito pastoralis offici sibi ex alto commissi, ne personarum sub suaui Religionis iugo Deo famulantium status perturbetur, sed quò magis fieri potest, quietus, et tranquillus in Dei obsequio perseveret, libenter prouidet, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane cum Congregatio Clericorum Regularium de Somasca nuncupata, seu S. Maioli Papiensi. à fel. record. Pio V. prædecessore nostro de seculari regularis effecta, et per ipsum, ac alios suos prædecessores fuerit nonnullis priuilegiis, et gratiis specialibus roborata, ac per nos denique confirmata, et nouis

Priu-

111

Priuilegiis, et indultis ampliata, prout in nostris desuper cōfētis literis sub dat. sexto kalen. Maii Pontificatus nostri anno secundo pleniūs continetur. In quibus quidem literis inter cætera omnia, et singula Statuta, Ordinationes, Regulas, et Constitutiones in vniuersa Congregatione prædicta eousq. editas, licitas tamen, et honestas, sacrisque Canonibus, et Concilio Tridentino minimè contrarias authoritate Apostolica perpetuò approbavimus, et confirmauimus, illisque omnibus, et singulis Apostolicæ firmitatis robur adiecimus, supplentes omnes, et singulos defectus, prout in dictis literis pleniūs continentur. Cumque sicut nuper accepimus inter alias Constitutiones prædictæ Congregationis sit quædam Constitutio de iis, qui numero Vocalium Capituli Generalis sunt adscribendi disponens, vt non passim, et sine matura consideratione cuiusque conditiones Fratres inter Vocales Capituli Generalis admittantur, à quo omnis utilitas totius Religionis dependet, totumque illius sustinet onus, sed ijsolum, qui vita, & moribus coeteros antecellant, quiue prudentia, & consilio, & scientia valeant in rebus arduis consulere, qui item per aliquot annos fuerint in Religione probati, elapsumque fuerit ad minus triennium post emissam professionem, quiue ætatis suæ saltē trigesimum annum attigerit, & ne Vocalis vñquam sit, vel qui apostatauerit, vel qui in aliquo delicto fuerit deprehensus, vel de quo probabiliter dubitatur ea, quæ in Comitijs tractantur, secretò minimè retenturum ex evidentiis indiciis, & aliás prout in dicta Constitutione dicitur, Et quia prædictæ qualitates in eo, qui adscribendus est in numero Vocalis à nullis aliis possunt ita rectè inquire, & perpendi, quām ab eisdem Patribus Vocalibus, qui eum admissi sunt, propterea eadem Congregatio consuevit non admittere aliquem in numero dicti Capituli Generalis, nisi in eodem met Capitulo propositus, & per Vota secreta ipsorummet Patrum Vocalium suffraganti sibi maiori parte Votorum electus

electus fuerit; Vnde Clerici eiusdem Congregationis tum ad vitæ, & morum integratæ, tum etiam ad bonarum artium, & regularis disciplinæ studium, & obseruantiam excitantur. Verum sicut nobis pro parte dictæ Congregationis expositum fuit à Venerabili Fratre nostro Ludouico Episcopo Sabinensi. Cardinali Madrutio nuncupato prædictæ Congregationis Protectore, cum nonnulli de eadem Congregatione, ex eo solum, quod sunt professi per aliquot annos, & in presbiteratus ordine constituti prætendant se in eodem Capitulo Generali habere vocem actiuanam, & passiuam, & admittendos esse in electionibus Præpositi Generalis, & aliorum quorumcunque Superiorum contra id, quod in dicta Congregatione fieri consuevit iuxta prædictas suas Constitutiones à nobis, ut supra approbatas, & confirmatas; Et propterea cum non admittantur, seipso, & alios perturbent, & perturbare audeant. Hinc est quod nos, qui singulorum Christi fidelium, præcipue vero similium Religiosorum agri Dominici cultorum quietem sinceris desideramus affectibus, ex sententia dilectorum filiorum Prælatorum negotiis visitationis Apostolicæ, & reformationis Praefectorum, authoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus nullum de cætero adscribendum fore, & esse numero Vocalium Capituli Generalis prædictæ Congregationis, nec in eo vocem actiuanam habere, nisi seruata in omnibus forma dictarum Constitutionum, & nisi etiam iuxta supradictam Consuetudinem à triginta circiter annis hactenus seruari solitam, & obseruatam, fuerit in eodem Capitulo propo-sitis, & per vota secreta à Patribus Vocalibus eiusdem Capituli Generalis electus, & admissus, omnibusque aliis se vocem actiuanam in dicto Capitulo habere prætentibus, & ab eisdem Patribus Vocalibus Capituli Generalis non electis, & admissis perpetuum silentium imponimus, & imponi mandamus, nec desuper ab aliquo excipi, & opponi posse, sive que-

per

per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis autoritate fungentes iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus aliarum Regularium Congregationum, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium Transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitionis eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscat oris die 23 Martii 1599. Pontificatus nostri anno octauo. Cum autem sicut pro parte Præpositi Generalis, & Clericorum Regularium nobis nuper expositum fuit, prædicta Consuetudo non admittendi aliquem in numerum dicti Capituli Generalis nisi in eodem Capitulo propositus, & per vota secreta ipsorummet Vocalium suffragante sibi maiori parte votorum electus fuerit, tempore datæ dictarum literarum non à triginta, ut in eisdem literis expressum fuit, sed à viginti annis duntaxat seruari solita, & obseruata fuerat, & propterea Præpositus, & Clerici prædicti dubitent literas prædictas sibi minus utiles reddi, seque desuper ab inquietis dictæ Congregationis molestari posse, Nobis idcirco humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Præpositum, & Clericos specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & eorum quemlibet quibusvis excommunicacionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie

VAT

P

absol-

absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Decretum, & declarationem dictasque litteras Clementis prædecessoris, ac in eis contenta quæcunque valere, suumque effectum sortiri, & ab omnibus dictæ Congregationis Religiosis exactè obseruari debere, etiam si dicta consuetudo tempore datæ dictarum literarum à viginti annis tantum vigeret, Apostolica authoritate tenore præsentium similiter decernimus, ac volumus, & præcipimus; Non obstantibus omnibus, quæ dictus Clemens prædecessor in prædictis suis literis voluit non obstat.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, Die 14. Martij 1611. Pontificatus nostri anno sexto.

Locus  Sigilli

Scipio Cobellutius.



PAV-

PAVLI QVINTI

B V L L A.

S V M M A R I V M.

Statuta, &c decreta de comitijs generalibus celebrandis, eligendo definitorio, Præposito generali, de socijs, &c discretis, &c. confirmantur.



AVLVS PAPA QVINTVS, Ad perpetuam rei memoriam. Vt ea, quæ pro Religiorum bono regimine, & quiete per ipsorum Superiores præsertim in Capitulis Generalibus statuta, & ordinata sunt, firma, & illibata persistant, libenter cum à nobis petitur, Apostolicæ nostræ confirmationis robur adiicimus, prout conspicimus salubriter in Domino expedire. Sanè dilecti filii Præpositus Generalis, et Presbyteri Congregationis de Somascha, alias Sancti Maioli Papiensi, nobis nuper exponi fecerunt, quod in Capitulis Generalibus dictæ Congregationis proximè præterito, & præsenti annis respectiuè celebratis statutum, et decretum fuit, quod ad effugiendos immoderatos sumptus in frequenti Capitulorum Generalium celebratione fieri solitis, et ad maiorem disciplinæ regularis obseruantiam Capitulum Generale dictæ Congregationis, quod haecenius, quotannis celebratum fuit, im posterum singulis trienniis, & in Dominica tertia post Festum Paschatis Resurrectionis, vel quoties nouum Generalem eligere oportebit, celebrari debeat; et ad illud singuli Vocales conuenire studeant, si verò statuto tempore non omnes aduenisse compertum fuerit, illi, qui præsentes erunt, dummodo antea

P. 2. absen-

absentes legitimè vocati fuerint, totum Capitulum representant, & quicquid ab eis factum fuerit, ab omnibus factum censeatur. Capitulo autem Generali præter Vocales vocem actiuam, & passiuam in eo habentes electos ad præscriptum Constitutionum dictæ Congregationis à Sede Apostolica confirmatarum, nonnulli Socij seu Discreti à quibusdam Collegiorum, & locorum Capitulis creati intersint, qui voce tantum actiua gaudentes omnibus maiorum dignatum, seu officialium (videlicet eorum, qui totum Definitorium constituant) electionibus se tantum immiscere, & illis factis, Capitulo egredi debeant, nec aliarum rerum tractationi, vel definitioni adesse possint, ipsorum autem Sociorum eligendi ratio sit, & obseruari debeat, quæ Iuri Canonico conformis est, excepto duntaxat, quod cum votis, etiam infra medietatem eligi possint; hoc autem Discreti munere nemo fungi valeat, qui ætatis trigesimum tertium, professionis verò decimum annum non compleuerit, & qui legitimis natalibus ortus non fuerit, nisi legitimam dispensationem super hoc impedimento obtinuerit, aut ab obedientia adeo se subtraxerit, ut extra Claustra nulla habita facultate ad Mensam vixerit, aut graue aliquod, atque enorme delictum perpetrasse conuictus, vel denique Sacrae Inquisitionis iudicio, ac poena canonica mulctatus fuerit. Quod si contingat Capitulum generale celebrari in aliquo loco, ubi sint plures regulares Domus dictæ Congregationis, & aliquem hora ad conueniendum præscripta abesse à Capitulo, id electionibus factis nihil obsit, dummodo fuerit antea legitimè vocatus. Insuper quod in Capitulo generali congregato nouis semper eligatur Præpositus Generalis, & reliquæ Definitorij dignitates, quæ de cætero absqueulla confirmatione triennales sint, nec ultra trium annorum huiusmodi spatium ullo modo produci possint, excepto Procuratore Generali.

nerali, qui, si ita videbitur expedire, triennio expleto confirmari possit. Præterea in electione Præpositi Generalis Præses, & maior Consiliarius, seu ipso maiori Consiliario absente, aut functo, minor, Cancellariusque, qui minoris locum eo casu tenebit, scrutatorum munere fungantur, & singularium eligentium Votis receiptis illum, in quem electorum omnium partes duas consensisse animaduertent, Præpositum generalem electum ponuntient, & in Votorum paritate professione senior, & inter professione pares ætate maior censeatur electus. In cæteris verò maiorum Officialium electionibus, quæ cum Votis supra dimidiā eligentium partem erunt celebrandæ, scrutatores sint Præpositus Generalis, Vicarius, & Cancellarius, si quis eorum aberit, in eius locum sufficiatur Consiliarius maior, si adsit, alioquin minor. Adhæc quia ab uno ad aliud Capitulum Generale grauissima negotia interuenire solent, ne Congregatio damnum aliquod patiatur, Præpositus Generalis singulis annis intermedijs Dominica tertia post Festum Paschatis Resurrectionis debeat Definitorium cogere, quod tredecim Vocalibus constabit, Nempe Præposito Generali, Vicario, vtroque Consiliario, tribus Visitatoribus, quatuor Definitoribus, Procuratore Generali, si ultra triennium confirmatus non fuerit; quod si fuerit confirmatus, eius loco quintus Definitor eligi debeat, ac demum Cancellario. Quoties autem aliquis ex predictis deerit, dummodo legitimè fuerit vocatus, Præpositus ipse Generalis, veleo impedito, is, cuius erit Definitorium conuocare, & cæteri ex Definitorio predicto, dummodo senarium numerum expleant, cum maiori votorum parte tot Vocales eligant, quot ad præscriptum numerum tredecim implendum deerit, & illi, qui sic electi fuerint, in eo tantum Definitorio autoritatem habent, interim autem si qui ex eis, qui antea Definitorio adscripti erant, superuenerit, superelecti officio cedant,

& si ex Definitorio quisquam perpetuo, aut diuturno aliquo impedimento detineatur, Definitorium duabus ex tribus concurrentibus partibus eligat. Vocalem alium loco defuncti, aut alias impediti, prout in scripturis desuper confessis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, Præpositus Generalis, & Presbyteri predicti plurimum cupiant Statuta, & Decreta huiusmodi pro eorum firmiori validitate, & subsistentia Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præsumum Religiosorum quorumcunque statum, quietem, & tranquillitatem sincero desiderantes affectu, ipsoisque Præpositum Generalem, & Presbyteros specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusquis excommunicationis, suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Statuta, et Decreta predicta Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus. Decernentes Statuta, et Decreta predicta ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter obseruari debere, Non obstantibus quibusquis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora- tis, Statutis, et Consuetudinibus, priuilegiis quoque, indul- tis, et literis Apostolicis eidem Congregationi, eiusque Præ- posito.

posito Generali, & alijs quibusquis personis sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusquis etiam derogatoria- rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clau- sulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam per nos, & quo- scunque Romanos Pontifices prædecessores nostros in con- trarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansu- ris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœ- terisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt præ- sentium Transumptis, etiam impressis manu Præpositi Ge- neralis dictæ Congregationis subscriptis, & Sigillo eiusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ubique adhi- beatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die 5. Decembris M DC XIII. Pontificatus nostri Anno nono.

Locus  Annuli Piscatoris.

Scipio Cobellutius.



PAVLI



¹²⁰
PAVLI QVINTI

B V L L A.

S V M M A R I V M.

- 1 *Diffoluitur vnio, & incorporatio Monasterij S. Angeli de Gamulis Prouincia Vrbinatensis cum Collegio Clementino de Vrbe facta à Clemente VIII.*
- 2 *Eius loco vnitur, & incorporatur prædicto Collegio Parochialis Ecclesia S. Aegidii Ciuitatis Castelli.*
- 3 *Constituitur in eadem Ecclesia perpetua Vicaria pro uno Presbytero per Superiorum Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ, ex gremio ipsorum eligendo, qui curam animarum, & alia eiusdem Ecclesia incumbentia exercere teneatur.*
- 4 *Ab omni suspensione, derogatione &c. Bulla vindicatur.*

DAUS Episcopus Seruus seruorum Dei Dilecto filio Vicario Ven. fratri nostri Episcopi Ciuitatis Castelli in Spiritualibus generali, salutem, & Apost. Bened. Ex iniuncto Nobis desuper Apostolicae setiututis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Parochialibus Ecclesiis, & curam Animarum habentibus commoditas, & utilitas procuratur, & in his Pastoralis officii nostri partes nunc per suppressionem, quandoque verò per vnionem beneficiorum Ecclesiasticorum, fauorabiliter interponi mandamus, prout terrarum, locorum, & Personarum qualitatibus debitè pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque Dilecti filii Rector, & Collegiale

Col-

¹²¹
Collegij Clementini nuncupati de Vrbe sub perpetuis cura, disciplina, regimine, & administratione Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ, Apostolica authoritate erecti, ac instituti, ac Leander Fabrius Rector Prior nuncupatus Parochialis Ecclesiæ Prioratus nuncupatæ S. Aegidij Ciuitatis Castelli nobis nuper exponi fecerunt, quod alias Monasterium S. Angeli de Lamulis S. Benedicti, seu alterius Ordinis nullius Dioecesis Prouinciae Vrbinatensis illius Commenda, in quam bonæ memorie Hieronymus tituli Sancti Pancratij presbiter Cardinalis Mattheius nuncupatus illud dum viueret obtinebat, per obitum eiusdem Hieronymi Cardinalis apud Sedem Apostolicam defuncti cessante adhuc eo, quo ante Commendam ipsam vacabat, modo tunc vacans in actu erectionis dicti Collegij pro illius dote, seu in subventionem dotis, ac pro Rectoris, & Collegialium in eorum tempore existentium sustentatione, onerumque illi incumbentium supportatione, perpetuò simili auctoritate vnitum extitit. Desiderantes illa, vt asserebant, inuicem permutare, ex causa permutationis huiusmodi in manibus nostris sponte, & liberè Rector, & Collegiales videlicet dissolutioni vnonis huiusmodi consenserunt, ac omni, & cuicunque Iuri ipsis, & Collegio huiusmodi in dicto Monasterio, illiusque Regimine, & administratione, vel ad illa quomodolibet competenti cesserunt. Leander verò predictus Parochiale Ecclesiam huiusmodi, quam à sexennio, & ultra obtinebat, resignauerit. Cum autem sicut exhibita Nobis nuper pro parte Rectoris, & Collegialium, ac Leandri prædictorum petitio continebat; Si vnio prædicta perpetuò dissolueretur, & illa dissoluta eiusdem Monasterij loco dicta Parochialis Ecclesia ipsi Collegio cuius Rector, & Collegiales prædicti regimini, & administrationi Monasterij huiusmodi ob locorum distantiam, non ea, qua opus esset diligentia, incumbere possunt, exiguo fructus percipiunt

piunt perpetuò vniretur, annesteretur, & incorporaretur, ac in ipsa Parochiali Ecclesia vna perpetua Vicaria pro uno perpetuo Vicario, qui curam Animarum eidem Ecclesiae incumbentium exercere, & alia illi etiam incumbentia onera supportare teneatur, similiter perpetuò erigeretur, & institueretur, aliaque infrascripta fierent, ex hoc profecto eidem Collegio de commodiori subuentio[n]is auxilio absque Animarum Curæ eidem Ecclesiae incumbentis detimento satis opportuna ratione consuleretur. Quare pro parte Rectoris, & Collegialium, ac Leandri prædicatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus cessionem, & resignationem prædictas respectiuè admittere, nec non præmissis, & infrascriptis annuere, ac aliàs desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignareimur. Nos igitur, qui honestis petentium votis libenter annuimus, & fauoribus prosequimur opportunitis, ac dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, tene-rentur exprimere verum annum valorem secundum communem æstimationem etiam beneficij, cui aliud vniri petet-
retur, alioquin vno ipsa non valeret, & semper in vniioni-
bus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest, Re-
ctorem, & Collegiales, ac Leandrum, nec non singulares personas Collegij huiusmodi à quibus uis excōmunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, cen-
sturis, & poenis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo libet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, ac certam de præmissis notitia[m] non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuę per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui facient vocandi, de præmissis te diligenter informes, & si per informationem huiusmodi ita esse repere-
ris, super quo conscientia tua[m] oneramus, vniōne[m], annexio-

nem,

nem, & incorporationem de Monasterio huiusmodi dicto Collegio, ut præfertur, factas de consensu Rectoris, & Collegialium prædicatorum perpetuò, & sine alicuius præiudicio auctoritate nostra dissoluas, illisque sic dissolutis Parochiali Ecclesiam prædictam, cuius, & illi forsan annexorum fructus, redditus, & prouentus super quibus pensio annua dicta scutorum monetę Romanę dilecta filio Dominico Brucchi Clerico Ciuitatis Castelli Apostolica auctoritate reseruata reperitur, 200 ducatorum au: de Camera secun-dum æstimationem prædictam valorem anniū, vt dicti Re-
ctor, & Collegiales afferunt, non excedunt, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque perso-na, seu per similem resignationem eiusdem Leandri, vel cuiosuis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem fel. rec. Ioannis Papæ XXII. Prædeces-soris nostri, quæ incipit. Execrabilis, vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta, ipsaque Parochialis Ecclesia dispositioni Apostolicæ specia-liter, vel aliàs generaliter reseruata existat, super ea quoque inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore Dat. præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæslitum cum annexis huiusmodi, ac omnibus Iuribus, & pertinentiis suis vniuersis eidem Collegio loco dicti Monasterii pro illius dote, seu in subuentio[n]em dotis, ac pro illius Rectoris, & Collegialium in eo pro tempore existentium sustentatione, onerumque illi incumbētium suppōrtatione. Ita quod li-
ceat Rectori, & Collegialibus prædictis dictæ Ecclesiae il-
liisque bonorum quorumcunque veram, realem, & actualē, ac corporalem possessionē per se, vel alium, seu alios eorū, di-
cti Collegii nomine propria auctoritate apprehensā perpetuō

Q 2

reti-

retinere, fructus quoque redditus, & prouentus, Iura, obuentiones, et emolumenta percipere, exigere, leuare, recuperare, locare dislocare, & arrendare, ac in suos, & dicti Collegii communes usus, & utilitatem conuertere, dioecesani loci, vel cuiusvis alterius licentia minimè requisita, auctoritate nostra etiam perpetuo vias, connectas, & incorpores, præterea in dicta Parochiali Ecclesia ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ac Beatissimæ, & gloriofissimæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ, nec non omnium sanctorum vnam perpetuam Vicariam pro uno Presbytero inibi perpetuo Vicario per superiorem Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ huiusmodi etiam ex gremio ipsorum Clericorum Regularium eligendo, qui postquam ad id ab Ordinario seruatis seruandis approbatus fuerit, curam animarum, & alia eidem Ecclesiæ incumbentia onera debite supportare, ac Sacraenta Ecclesiastica dilectis filijs Parochianis illius administrare, illique in diuinis deseruire teneatur, ibidem perpetuo, & sine alicuius præiudicio dicta auctoritate nostra erigas, & instituas, illique sic eretas, & institutas pro eius date, ac Vicarii pro tempore existentiis sustentatione, onerumque illi incumbentium suppertatione tot proprietates, & bona quot fructus, redditus, & prouentus ad valorem annum 50 scutorum monetæ Romanae ascendant prævia illorum dismembratione ab aliis eiusdem Ecclesiæ bonis, & proprietatibus ultra emolumenta incerta etiam ratione exercitii Curæ animarum prouenientia, ita tamen quod quando eidem Vicariæ per unum, ut præfertur, approbatum presbyterum de gremio dictæ Congregationis tamquam illius Vicarium deseruiri contigerit, tunc & eo casu omnes fructus, & redditus dictæ Vicariæ in Paramentorum, aliarumque rerum necessiarium tam pro exercitio curæ animarum huiusmodi, quam pro predicta Ecclesia, & illius sacraria, emptione, ac alios usus ipsius Ecclesia

clesia necessarios conuerti omnino debeant eadem auctoritate etiam perpetuo applies, & appropries, presentes quoque literas etiæ ex eo quod in premissis interesse habentes seu heret prætendentes ad hoc vocati, & auditи nō fuerūt cause & propter quas illæ fiant, aut factæ sint coram te etiam tamqua Sedis Apostolicæ delegato examinatae, & verificatae non fuerint, aut premissis non consenserint, seu alias ex quocunque capite, vel causa, quantumuis legitima, & iuridica de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inuallidari, aut in Ius, vel controuersiam reuocari, seu aduersus illas quodcumque Iuris, gratiæ, vel facti medium impetrari nullatenus vñquam posse, sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integrlos effectus sortiri, & obtinere, sicutque per quoscumque iudices Ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere legatos, & dictæ Sedis Nunios iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si securus super his à quoque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, eadem auctoritate nostra decernas, inducens per te, vel alium, seu alios Rectorem, & Collegiales predictos, vel eorum Procuratores ipsorum nomine, in corporalem possessionem Parochialis Ecclesiæ, ac annexoru, Iuriumque, & pertinentiarum predicatorum, & defensores inductos, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens presentes literas, & in eis contenta quocunque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Collegialium predicatorum fueris requisitus, solemniter publicare, eisque in premissis efficacis defensionis praesidio assistere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuolabiliiter obseruari, ipsosque Rectorem, & Collegiales illa pacifice frui, & gaudere non permittens, eos desuper per quoscumque quo-

quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus priori voluntate nostra, ac piae memor Bonif. PP. VIII. similiter prædecessoris nostri, nec non Lateranen. Concilij nouissimè celebrati vniiones perpetuas nisi in casibus à Iure permisis fieri, ac beneficia vnius dioecesis beneficijs Ecclesiasticis, vel locis pijs alterius dioecesis vniri prohibitis, alijsque quibuscumque, ac in Vniuersalibus, Provincialibus, ac Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, nec non Collegii, & Congregationis predicatorum Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Collegio, & Congregationi predictis, illorumque Superioribus, & Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac etiam irritantibus decretis in genere, vel specie, aut alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, quibuscumque. Aut si aliquis super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ Sedis, vel legatorum eius literas impetrarent, etiā si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum,

quas

quas quidem literas, & processus habitos per easdem, ac inde secuta quæcumque ad dictam Parochiale Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliquorum præiudiciū generari, seu si Venerabili Fratre nostro Episcopo Ciuitatis Castelli, vel quibusuis aliis communiter, vel diuīsim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, Indultis, & literis Apostolicis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit de verbo ad verbum in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, quod propter dismembrationem, separationem, seu dissolutionem, & vniōnem, annexionem, incorporationem, ac Erectionem, Institutionem, aliaque premissa huiusmodi dicta Parochialis Ecclesia debit is non fraudetur obsequiis, & Animarum Cura huiusmodi nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera consueta. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Cominicæ millesimo sexcentesimo tertio decimo. 3. Kal. Ianuarii Pontificatus nostri anno 9.

Loco * plumbi pendentis.



¹²⁸
**IN CONGREGATIONE
C O N C I L I I**

Fuit propositus iste Casus.

Die XIV. Mensis Decembris MDCXIII.

VIDAM N. emisit professionem in manibus authoritatem habentis sub infra scripta verborum formula. Quæritur à Sacra Congregatione Concilii, An talis professio sit valida, ita ut N. dicendus sit verè professus.

Ego N. voueo, profiteor, & promitto Deo omnipotenti, & tibi N. specialiter electo obedientiam, Castitatem, & in communione vivere sub Regula S. Augustini Patris Nostri, & quod absque licentia Præpositi Generalis, vel eius autoritate fungentis aliquod cum cura, vel sine cura beneficium non acceptabo, vel retinebo intra, aut extra Ordinem Nostrum Clericorum Regularium: Idque secundum constitutiones factas, aut faciendas per Congregationem prædictam authoritate Apostolica sibi concessa, reseruata mihi testandi potestate de patrimonio meo, si opus fuerit, cum Præpositi authoritate.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, hoc negotio maturè perpenso, atque accuratè discussso censuit, nisi aliud obsterit, ualidam omnino esse professionem sub formula supra scripta emissam.

Horatius Cardinalis Lancellotus.

Locus Sigilli Illustrissimi Cardinalis Arigonii huius Sacrae Congregationis Præfecti.

PAVLI

¹²⁹
**PAVLI QVINTI
B V L L A.**

S V M M A R I V M.

Electio Præpositi Generalis, & Definitorum iuxta precedentis Bullæ formulam prescripta, & recentia Statuta celebrata stabilitur, & confirmatur.



D Futuram rei memoriam. Nuper pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Præbiterorum Congregationis Somachæ, alias S. Maioli Papiensi nobis exposito, quod in Capitulis Generalibus de proximè præterito, & 1612. Annis respectiuè celebratis inter alia tunc per eos condita Statuta decreuerant, & statuerant, quod in electione Præpositi Generalis, Præsidens Capituli, & maior Consiliarius, seu ipso maiori Consiliario absente, aut vita functo minor, Cancellariusque, qui minoris locum, eo casu, teneret; In cæteris verò maiorum Officialium electionibus Scrutatores essent Præpositus Generalis, Vicarius, & Cancellarius, & si quis eorum abesset, in eius locum sufficeretur Consiliarius maior, si adesset, alioquin minor. Nos Præpositi, & Præbiterorum prædictorum Supplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati, prædicta Statuta, & decreta Apostolica authoritate confirmauimus, & approbavimus, prout in nostris desuper in simili, forma Breuis sub Die quinta Decembris proximè præteriti, desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut Præpositi prædicti, & Dilectorum filiorum Definitorum dictæ Congregationis

R nomi-

nomine nobis iterum expositum fuit in altero ex dictis Capitulis Generalibus dictæ Congregationis, videlicet de Mense Maij proximè præterito celebrato, antequam dicta Statuta, & decreta à nobis, ut præfertur, confirmarentur, ad Præpositi Generalis, & aliorum Officialium Definitorii dictæ Congregationis electionem, seruata dictorum Statutorum forma deuuentum fuerit, ipsumque Definitorium subinde alios Officiales particulares similiter iuxta eorundem Statutorum formā elegerit, antiqua verò dictæ Congregationis Statuta pridem à Sede Apostolica confirmata aliam eligendi formam, quę in electionibus prædictis minimè seruata fuit, præscriberent: Idcirco nos, qui electiones in Capitulo Generali huiusmodi, & subinde à Definitorio factas eidem Congregationi pluriū in Domino profuturas speramus, ne de illarum validitate, & subsistentia de aliquibus dubitetur, opportunè prouidere, ipsumque Præpositum Generalem, & alios electos huiusmodi specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluētes, & absolutos fore censentes supplicationibus Præpositi, & Definitorum prædictorum nomine nobis denuo humiliter correctis inclinati, electiones Præpositi Generalis, & quorumcunque aliorum Officialium, tam à dicto Capitulo Generali, quam à Definitorio seruata forma dictorum recentiorum Statutorum à nobis, ut supra postea confirmatorum factas, & inde secuta quæcunque, Apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac prædictos defectus, qui in præmissis, vel eorum aliquo interuenient, aut interueniente dici, vel censi possunt, supplemus.

mus. Decernentes electiones, vt supra factas validas, firmas, & efficaces fore, & esse, ac ab omnibus, quos illa concernunt inviolabili debere, ac irritum, & inane, si locus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Statutis prædictis, nec non quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non aliis dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robatur, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusq. Superioribus, & quibusuis aliis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis habentes illis aliis in suo labore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Ianuarii 1614. Pontificatus Nostri Anno 9.

Locus  Annuli Piscatoris.

Scipio Cobellutius,



132
**INSTRUMENTVM
TRANSUMPTI**

Bullæ Pauli Quinti.

S V M M A R I V M.

Conceditur facultas humandi cadavera decedentium in Academijs, Collegijs, orphanotrophijs, Seminarijs Congregationis curæ commissis, in eiusdem Congregationis Ecclesijs.

N Nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Nouerint vniuersi hoc præsens publicum Transumpti Instrumentum inspecturi, lecturi pariter, & audiunti, quod nos Io. Dom. Spinula Prothonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referendarius, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolice Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, sententiarum quoq. censuratum tam in eadem Romana Curia quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunq. vniuersalis, & mertus executor, ab eodem Sanctiss. Domino Nostro Papa specialiter deputatus, Ad Venerabilis Viri Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularem Somaschæ, alias S. Maioli Papien. principalis instantiam omnes, & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes, eorumq. procuratores, si qui tunc erant in Romana Curia pro eiusdem ad videndum, & audiendum, & dicendum, & excipiendum quidquid verbo, ac in scriptis volunt, & possunt contra literas Apostolicas Sanctissimi Domini Nostri Papæ sub Annulo Piscatoris, & alias onere solito expeditas

133
ditas sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 27. Mensis Octobris præsentis anni M D C X II II. concessionis, licentiae, & facultatis ad fauorem dicti Adm. R. Præpositi Generalis, & Clericorum dictæ Congregationis absque Parochorum iuteruentu Scholarium, Clericorum, & Conuictorum in Collegijs, Seminariis, & Academiis dictæ Congregationis Ecclesiasticae sepulturæ tradendi, illasque videndum transumi, & exemplari, & in publicam transumpti formam redigi mandari per audientiam publicam, litterarum Contradicitarum Sanctissimi D.N. Papæ citari fecimus, & mandauimus ad certum peremptorium terminum competentē, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit coram nobis dictus M.R.D. Alexander Bog colus dictæ Congregationis Generalis Procurator, & certas literas citatorias in dicta Audientia nostro de mandato executas factō reportauit, citatorumque in ea contentorum non comparentium contumaciam accusauit, & in eorum contumaciam predictas literas Apostolicas sanas, & illesas, ac omni prorsus vitio, & suspicione carentes factō realiter, & in scriptis exhibuit, atque produxit, quas transumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi, mandari, nostramque, & nostræ Curiæ autoritatem pariter, & decretum interponi per instanter postulauit, Nos tunc Io. Dom. Spinula Auditor præfatus in contumaciam dictorum citatorum non comparentium dictas literas Apostolicas, ea qua dectit, reuerentia ad manus nostras recepimus, illasque vidimus, tenuimus, legimus, diligenter inspeximus, & quia huiusmodi literas Apostolicas sanas, integras, & illesas, ac omni prorsus vitio, & suspicione carentes inuenimus, idcirco ad Admodum R. D. Alexandri Procuratoris Generalis predicti instantiam per nostrum, & dictæ Curiæ nostræ Notarium infrascriptum transumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi fecimus, & mandauimus tenoris infrascripti, vide licet.

licet. Paulus Papa Quintus ad perpetuam rei memoriam . Romanus Pontifex Christi fidelium quorumlibet, præsertim sub sua viæ regularis iugo Altissimo famulantum vota , per quælitibus , & controuersiis inter eos , & alias personas Ecclesiasticas obuiatur, ad exauditionis gratiam libenter admittit , prout in Domino conspicit salubriter expedire . Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Soma schæ, alias S. Maioli Papiensis, quod inter Rectores Collegiorum, ac Seminariorum, & Academiarum curæ , & administrationi dictorum Clericorum commissorum exvna, & Parochos ex altera parte nonnullæ lites , seu controuersiæ super iure sepeliendi in Ecclesiis Collegiorum, ac Seminariorum, & Academiarum Clericorum , & Conuictorum, qui protèpore in Seminariorum, Collegiis, & Academiis huiusmodi decedunt, sèpius oriuntur , ad quas quidem lites, seu controuersias de cætero euitandas dictus Præpositus Generalis plurimum desiderat Rectoribus, & Clericis prædictis per nos , vt infra indulgeri , & alias opportunè de benignitate Apostolica prouideri. Nos pacem , & quietem inter Regulares , & Ecclesiasticas personas huiusmodi conseruari cupientes , ac Præpositum , & Rectores, nec non Clericos prædictos specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singularis personas, à quibusvis excommunicationis, suspensions, & interdicti , aliisvis Ecclesiasticis sententiis , censuris , & poenis à iure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latitis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes , supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum, Amerin. ac Gallii nuncupatorum, Comens. & Burgilogani Comen. Dioecesis, nec

non

non Oppidi Triultij Mediolanensis Dioecesis, Collegiorum, ac Rauennaten. ac Patriarchalis Venetiarum , Seminario rum, nec non Terræ Salodij Brixiensis Dioecesis , ac Sancti Spiritus propè, & extra portam Cumanam Mediolanensem, & Sancti Maioli Papiensis Academiarum Rectoribus respetiuè, vt in Sancti Angeli, Sanctæ Mariæ de Rondinetu nuncupatae, Sancti Antonij , & Sanctæ Crucis , nec non Sanctæ Catherinæ, & Sanctæ Trinitatis, & Sancti Benedicti, Sancti Spiritus, & Sancti Maioli eorum Ecclesijs respectiuè absque Parochorum interuentu, Scholarium, Clericorum , & Conuictorum prædictorum in Collegijs , Seminarij , & Academiis huiusmodi pro tempore decedentium cadatiera , sine tam en quorumcunque iurium Parochialium præiudicio, Ecclesiasticæ sepulturæ tradere liberè , & licite valeant, ita tam en, vt antequam sepulturæ tradantur, Rectores prædicti Parochos certiores facere teneantur , Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis , cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima septima Octobris; Millesimo Sexcentesimo decimo quartto, Pontificatus nostri Anno decimo . Scipio Cobellutius. loco  Annuli piscatoris. Volentes, & authoritatæ dictæ Curiæ , decernentes, quod præsenti nostro Transumpto de cætero, & in antea tam Romana Curia, quam extra vbiique locorum in Iudicio , & extra plena , & tanta fides adhibetur talis, & tanta , qualis , & quanta dictis originalibus literis Apostolicis præinsertis ; & cum præsenti transumpto collationatis data fuit , & habita, daturque, & adhibetur , seu daretur, & adhiberetur , si de originalibus literæ in medium exhibitæ, aut ostensæ fuissent . Quibus omnibus, & singulis tanquam ritè, & legitimè factis authoritatem , & decretum dictæ Curiæ, atque nostram duximus interponendam, & in ter-

terposuimus, prout interponimus præsentium per tenorem : In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem has præsentes fieri, & per infrascriptum Guriæ nostræ Notarium subscribi, sigillique R. C. Apostolicæ, quo in talibus utimur, iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum Romæ, ex Aedibus nostris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Quarto, Die verò vigesima nona Mensis Octobris, Pontificatus verò Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti Anno decimo, præsentibus D. D. Dominico Amodeo, & Laureto Persico Connotariis testibus ad præmissa omnia vocatis, habitis specialiter, atque rogatis &c.

Ego Iulius Pennazolus Curię Causarum Cameræ Apostolicæ Notarius de præmissis rogatus hoc Transumpti Instrumentum subscripsi, & signavi requisitus.



BEA-

BEATISSIME¹³⁷

~~OMNIA PRO TERRA~~

P A T E R.



ONGREGATIO Clericorum Regularium de Somascha aliàs obtinuit à Sanctitate Vestra facultatem, vt singuli eiusdem Congregationis Presbyteri professi omnibus, & quibuscumque personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophijs, Seminarijs, Academijs, & Conuictorum Collegijs sub cura, regimine, administratione dictæ Congregationis existentibus extremæ Vnctionis, nec non etiam tempore Paschatis Resurrectionis Dominicæ Festiuitatis Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenta absque aliquo censuram, vel poenarum incursu ministrare valerent, prout in litteris Apostolicis sub plumbo expeditis sexto idus Martii Anno 1605. pleniùs continetur. Cum autem eadem Congregatio summopere cupiat iisdem personis in præfatis locis vitam agentibus Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, etiam per modum Viatici præbere posse absque eo quod in poenam aliquam, vel censuram incidat, idcirco humiliter petit à Sanctitate Vestra, vt in præmissis benigne prouidere, & secum indulgere dignetur. Sanctissimus Dominus Noster ex sententia Congregationis Concilij concessit Oratoribus, vt impunè possint supradictis personis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministrare, etiam per modum Viatici: citra tamen præiudicium iurium Parochialium.

Horatius Cardinalis Lancellotus.

Locus Sigilli Illusterrimi Cardinalis Arigonii
Præfecti Congregationis Concilii.

S M E-

MEMORIALE S A N C T I S S I M O

D. N. Paulo V. pro Clericis Regularibus
Congregationis Somaschæ

E X H I B I T V M

*In Congregatione Concilij habita Roma Die
xxij. Mensis Februarij M D C XIV.*



N Nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuersi, & singuli præsens publicum literarum Apostolicarum, & decretorum Transumptum, & exemplum, siue Transumpti, & exempli instrumentum visituri, lecturi, inspecturi pariter, & audituri: Quod Nos Joannes Dominicus Spinula Prothonotarius Apostolicus, vtriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referendarius, nec non Curiæ Causalium Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, sententiæ quoque, & censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apostolicarum quarumcunque vniuersalis, & merus executor ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus. Ad Venerabilis Congregationis, ac R. R. D. D. Præpositi, & Clericorum Regularium de Somascha, alias Sancti Maioli Papæ nuncupatorum principalium, siue admodum Reuerendi Patris Alexandri Boccoli Cremonensis eorundem Procu-

Procuratoris Generalis instantiam, & requisitionem omnes, & singulos sua communiter, aut diuisim interesse putantes, seu habere quomodolibet prætendentes, eorumque Procuratores, si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdem ad videndum, & audiendum nonnullas literas Apostolicas, partim sub plumbo, & Annulo Piscatoris respectuè, ut moris est legitimè expeditas, partim verò in formam Transumpti publici, & authentici validè, & legitimè fidem facientis, necnon duo decretain publicam, & authenticam formam assumpta, plenamque fidem facientia Sacrae Congregationis Illustrissimorum D. D. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum manu Illustrissimi Domini Cardinalis Lancellotti, vt apparet, subscripta, ac Sigillo Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Arigonij eiusdem Congregationis præfecti munita, & roborata transumi, & exemplari, ac in publicam, & authenticam transumpti, & exempli formam redigi, & registrati, vel dicendum, & opponendum, & causam, si quam habeat rationabilem, quare præmissa fieri minime debeant, allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum Sanctissimi Domini nostri Papæ citari fecimus, & mandauimus ad certum perceptorium terminum cōpetentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduentientibus comparuit in iudicio legitimè coram nobis idem admodum Reuerendus Pater Alexander Boccoli Procurator, & quasdam literas citatorias in eadem audientia Contradictarum modo de mandato executas facto reportauit, citatorumque in eadem contentoruni non comparentium contumaciam accusauit, & in eorum contumaciam prædictas literas Apostolicas, Transumpta, & decreta omnia sana, integra, & illæsa, non cancellata, neque abrasa, seu alio quouis modo lace-rata, & vitiata, sed omni prorsus vitio, & suspicione ca-rentia, facto realiter, & in scriptis exhibuit, atque pro-

duxit, quæ transumi, & exemplati, ac in publicam, & authenticam formam transumpti redigi, & registrari mandari, namque, & dictæ Curiæ nostræ authoritatem pariter, & decretum interponi per nos instanter, & debitè postulauit, Nos tunc Ioannes Dominicus Auditor, & Iudex predictus, attendantes requisitionem huiusmodi fore iustum, & rationi consonam, quodque iusta petenti non est denegandus assensus, in contumaciam dictorum citatorum non comparentium dictas literas Apostolicas, Transumpta, & decreta, ut supra, ad manus nostras recepimus, illa omnia vidimus, tenuimus, legimus, & diligenter inspeximus, & quia huiusmodi literas Apostolicas, transumpta, & decreta, sana, integra, & illæsa, ac omni prouersus vitio, & suspicio-
ne carere inuenimus; Idcirco ad dicti R. P. Alexandri Boc-
coli Procuratoris generalis instantiam, & requisitionem
per nostrum, & Curiæ nostræ Notarium infrascriptum tran-
sumi, & exemplari, ac in publicam, & authenticam Tran-
sumpti formam redigi, & registrari fecimus, & manda-
uimus tenorum superius insertorum, & expressorum. Vo-
lentes, & authoritate nostri Officij, ac dictæ Curiæ decer-
nentes, quod huic præsenti nostro Transumpto, siue exem-
plio de cætero, & in antea, tam in Romana Curia, quam
extra eam vbiunque locorum in iudicio, & extra, plena,
& talis, et tanta fides adhibetur, qualis, et quanta dictis
originalibus literis Apostolicis, transumptis, et decretis su-
periis inserti, et cum præsenti trasumpto collationatis data
foret, et exhibita, daturque, et adhibetur, seu daretur, et
adhiberetur, si ipse originales literæ in medium exhibitæ,
aut ostense fuissent. Quibus omnibus, et singulis, tanquam
ritè, rectè, ac legitimè gestis, et factis, nostram, dictæque
nostræ Curiæ, et Officii, quo fungimur authoritatem or-
dinariam pariter, et decretum duximus interponendam,
prout interponimus per præsentium tenorem. In quorum

omnium, & singulorum fidem has præsentes fieri, & per in-
frascriptum Curiæ nostræ Notarium subscribi, & publicari,
Sigillique Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, quo in talibus v-
timur, iussimus, & fecimus appensione muniri.

Datum, & actum Romæ ex Ædibus nostris Anno Domini Millesimo, sexcentesimo decimo quarto, Indictione duodecima; Die vero vigesima prima Mensis Aprilis; Pontifica-
tus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ V. Anno nono; Præsentibus ibideam, audientibus, & intelligentibus D.D. Laureto Persico,
& Antimo Palmerio, eiusdem Curiæ Notariis Testibus ad
præmissa omnia vocatis, habitis, atque rogatis.

L. A. Virilis Lñs.

Ego Julius Pennazolus Curiæ Causarum Cameræ Aposto-
licæ Notarius de præmissis rogatus hoc Transumpti Instru-
mentum subscripsi, & signavi requisitus.



PAVLI QVINTI

B R E V E.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vnitur Congregatio Clericorum Doctrinæ Christianæ in Ciuitate Auunionis instituta Congregationi Clericorum Regularium Somasche.*
- 2 *Referuntur Capitula inter easdem Congregationes inita, & approbantur.*

DVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio, ad ea per quæ piorum hominum Congregationes, in militante Ecclesia præsertim ad legem Christianam rudibus exponendam, prouide, sancteque institutæ, maioribus in dies proficiant incrementis, sedulò intendimus.

§. 1. Exponi si quidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius Vigerius Præpositus, ac Clerici sacerdtales Congregationis Doctrinæ Christianæ in Ciuitate Auunionen. canonicè institutæ, quod ipsi feliciori eiusdem Congregationis statui, & augmento consulere volentes, eamdem Congregationem, Congregationi Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ, alias S. Maioli Papie. per nos vñiri, & incorporari desiderant, & propterea infra scripta Capitula cum dilectis etiam filijs Præposito, & Clericis Regularibus dictæ Congregationis Somaschæ statuerunt, quæ à Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ne-

gotijs

143
gotijs Regularium Præpositis recognita, & approbata fuerunt, tenoris sequentis videlicet.

§. 2. Conuentiones firmatæ, ac stabilitæ inter Clericos Regulares Congregationis de Somascha, & Patres Congregationis Doctrinæ Christianæ in Regno Galliæ, pro vñione facienda utriusque Congregationis. Quod quidem negotium à Sanctissimo D. N. fuit commissum Sacrae Congregationi Illustrissimorum DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum.

Caput I.

In primis igitur Doctrinæ Christianæ Patres, eorumque successores in perpetuum secum retinebunt institutum docendi Doctrinam Christianam parvam, mediocrem, & magnam iuxta laudabilem consuetudinem, quam in uiolabili ter seruabunt, & in ijs Domibus, quas nunc possident, & in ijs, quas in posterum possidebunt in toto Regno Galliæ.

Caput II.

Reverend. Pater Cæsar de Bus, vir pietatis eximæ, Congregationisque Patrum Doctrinæ Christianæ in Regno Galliæ primus parens, & institutor, habeatur in religione pro auctore, ut revera fuit, huius Sanctissimi instituti Doctrinam Christianam in dicto Regno Galliæ Populos edocendi.

Caput III.

Patres Doctrinæ Christianæ in Gallia vocari deinceps post factam vñionem debebunt Patres Doctrinæ Christianæ Congregationis Somaschæ, seu S. Maioli Papie, & priuilegia omnia erunt communia.

Caput

Caput IV.

Sub obedientia viuent Præpositi Generalis de Somaſcha, qui semel singulis triennijs per se, vel per alium ab eo destinandum eos visitabit. Cæterum eorum regimen, & gubernatio in toto Regno Galliæ, in domibus tam acquisitis, quam acquirēdis, sit penes Superiores Gallos, & Prouincialis similiiter Gallus eligendus per Capitulum Generale de Somaſcha eis instituatur. Qui quidem erit vnuſ ex duobus, vel tribus Patribus nominatis, siue propositis à Capitulo Prouinciali ipsius Prouinciæ Galliæ tempore debito congregato.

Caput V.

Cuius Prouincialis auctoritas erit, de loco ad locum personas mutare. Nouitios per se, vel per locorum Superiores ad professionem admittere. Concionatoribus concionandi facultatem concedere, dummodo ab Episcopis locorum licentiam, seu benedictionem ad formam Concilij Tridentini obtineant, & alia facere, quæ Visitatoribus dictæ Congregationis Somaſchæ conceduntur. In reliquis autem tanta sit eius auctoritas, quanta à Capitulo Prouinciali conceditur eidem. Debet tamen Præpositum Generalem, vbi commode poterit, consulere, vel saltem de singulis magni momenti rebus certiorem facere. Prouincialis statim atque erit electus, censeatur esse, & sit ipso facto de gremio Capituli Generalis, in quo vocem actiuam, & passiuam habeat. Eius officium per triennium durabit. Ad Capitulum Generale cum accedet, socium vnum seu discretum, antea à Capitulo Prouinciali electum deducet, qui quidem socius in Capitulo Generali interueniet cum vtraque voce.

Caput

Caput VI.

Quòd si contingat Prouincialis obitus, eo casu Superior professione senior censeatur electus.

Caput VII.

Ad Capitulum Prouinciale spectabit, cum maiori parte votorum noua loca, prævio tamen Episcoporum consensu, & seruata forma Clementis VIII. recipere, recepta deserere, Superiores locales eligere, vel deponere, reos, si qui erunt, punire, aut innocentes absoluere, curam Monialium ordinariam pro Confessionibus audiendis de consensu, & licentia corundem Episcoporum recipere, bona in vniuersum in toto Regno Galliæ ipsi Congregationi relicta, alicui loco particulari assignare, Nouitios quadragesimum annum excedentes, vel qui alterius Religionis habitum habuerint, & debitam transiundi facultatem à Sede Apostolica obtinuerint, ad probationem admittere, exēptiones diuturnas maximè senibus, & Studentibus ad tempus, non autem perpetuò, & ex causa impertiri, locum pro Capitulo Prouinciali proximè congregando determinare.

Caput VIII.

Insuper Capitulo Prouinciali, quod mense Septembris præcedente Capitulum generale, conuocandum erit, præter Prouinciale, interesse debebit quilibet Superior localis vna cum socio seu Discreto a Capitulo Conuentuali eiusdem loci, dummodo sex saltem ibi resideant, eligendo.

§. 3. Quare pro parte primodictæ Congregationis fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus vniōnem, & incorpora-

T

tionem

tionem huiusmodi facere, & in eis præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignarcemur. Nos pijs Clericorum prædictorum votis quantum cum Domino possumus, annuere, illosq. specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis ex communicationis, suspensionis, & Interdicti poenis absoluētes, & absolutos fore cēsentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de corundem Cardinalium consilio dictā Congregationē Doctrinæ Christianæ in prædicta ciuitate Auin. institutam Congregationi Somaschæ prædictæ ita ut vnum corpus Congregationis efficiant, ac Clerici dictæ Congregationis Doctrinæ Christianæ, regulas & constitutiones secundo dictæ Congregationis Somaschæ ab Apostolica Sede approbatas seruent, & profiteantur, nec non Capitula prædicta adimpleantur, & etiam seruentur, saluis tamen limitationibus, & modificatiōnibus infra scriptis, videlicet, quod Provincialis prædictus exemptiones diuturnas huiusmodi, non nisi ex causa alicuius impedimenti concedere possit aut debeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò vnimus, & incorporamus,

§.4. Nec non cum dicto Antonio, ut infrā quatuor menses à die cæptæ probationis numerandos, integro non expectato probationis anno, professionem per dictos Clericos Congregationis Somaschæ huiusmodi emitti solitā expressè emittere liberè, & licitè valeat, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus, ac cum eodem desuper dispensamus. Cæteros vero primo dictæ Congreg. Clericos Congregationis Somaschæ, antequam professionem huiusmodi emittant, annum probationis integrè complere debere.

§.5. Ac Clericos secundo dictæ Congregationis in Galliam pro instructione dictorum præsbyterorum mittendos, in statu Ecclesiastico Regni Galliae locorum Superiores, etiam si non sint Galli, eligi posse statuimus,

§.6. Decernentes præsentes literas validas, firmas, & efficaces.

caces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat in uiolabili obseruari debere, ac irritum, & inane si securus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac utriusque Congregationis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§.8. Volumus etiam, ut præsentium transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 11. Aprilis
1616. Anno undecimo.



GREGORII XV.

B R E V E.

S V M M A R I V M.

Confirmatur pium Congregationis Somascha Institutum docendi in Seminarijs, Academijs, & Scholis publicis Grammaticam, Rheticam, Logicam, Philosophiam, Mathematicam, S. Theologiam, Casus conscientiae Doctrinam Christianam, & Sacram Scripturam.

REGORIVS PAPA XV. Ad futuram rei memoriam. Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilecti filij Augustini Frosconij Procuratoris Generalis Presbiterorum Congregationis Somachæ, alias S. Maioli Papiens. quod Presbyteri eiusdem Congregationis iuxta pium, & particulare illius institutum in multis Seminarijs, Academijs, & Scholis publicis, Grammaticam, Rheticam, Logicam, Philosophiam, Mathematicam, Sacram Theologiam, Casus Conscientiae, Doctrinam Christianam, & Sacram Scripturam docere consueuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Procurator plurimum cupiat institutum huiusmodi Apostolicæ confirmationis robore, ut infrà, communiri. Nobis propterea totius Congregationis prædictæ nomine humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictæ Congregationis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilitum fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilij Tridenten-

dentini interpretum consilio, institutum prædictum pro vniuersis dictæ Congregationis locis, ac domibus, maximè in Regno Galliæ existentibus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, Decernentes præsentes literas validas, firmas, ac efficaces existere, & fore, dictisque Presbyteris in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, ac irritum, & inane, si secus super his à quoque, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, & manu alicuius Notarii publici subscriptis, ac Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die 2. Junii M D C XXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

S. Car. S. Sus.



VRBA-

VRBANI VIII

B V L L A

S V M M A R I V M.

- 1 *Instituitur in Ciuitate Casalensi Collegium pro duobus ex dicta Ciuitate, decem è statu Montisferrati, & duobus ex partibus Belgij oriundi Adolescentibus expia Andrea Treuisi voluntate.*
- 2 *Eius regimen, & administratio Patribus Congregationis Somaschæ demandatur.*



D perpetuam rei memoriam. Inscrutabilis Diuinæ sapientiae prouidentia ea suorum fidelium mentibus frequenter suggerit, quæ ad Collegiorum, & aliorum piorum locorum propagationem, pauperumque studiis literarum incumbere volentium, manutentionem, & instructionem noscuntur pertinere. Unde Nos, quibus eadem prouidentia, Dominici gregis cura commissa est, pia eorundem fidelium desideria ad id tendentia, ut optatos fortiantur effectus, libenter cum à nobis petitur, Apostolici fauoris patrocinio prosequimur; prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi si quidem nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Boccolus, Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ, alias Sancti Maioli Papiensis, Procurator Generalis, quod dilectus pariter filius Andreas Treuisi Casalensis dioecesis salubri iuuentutis status Montisferrati educationi, atque facilitori in bonarum literarum studiis instructioni consulere volens, vnum Collegium in Ciuitate Casalensi, in quo duo è dicta

151

dicta Ciuitate, decem è statu prædicto, ac reliqui duo ex partibus Belgij oriundi iuvenes recipientur, & manuteneantur, per Nos erigi, curamque, regimen, & administracionem pii operis huiusmodi Clericis Regularibus prædictis demandari summopere desiderat: pro dicti verò Collegii erectione, ipsiusque Alumnorum, ac Clericorum regularium illius regimen, & curam gerentium huiusmodi manutentione, onerumque eis incumbentium suppportatione, vnum, seu plures redditus annuos ad summam octingentorum, & quinquaginta scutorum monetæ assignauit, prout in instrumento desuper confecto dicitur contineri. Quare tam Alexander, quād Andreas prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur laudabile ipsius Andreæ desiderium plurimum in Domino commendantes, ipsosque Andream, & Alexandrum specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq. Ecclesiasticis sētentijs, censuris, & pænis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, in Ciuitate Casalensi præcdita, ac ædibus ad hunc effectum per eundem Andream acquisitis, seu acquirendis vnum Coilegium cū Capella, seu Oratorio Refectorio communi, Sigillo, Bibliotheca, archivio, cæterisq. Collegialibus insignibus, & membris, ac officinis necessariis, & opportunis pro perpetuis receptione, vsu, & habitatione, ac quatuordecim Alumnorum siue Scholarium huiusmodi, nec non sufficienti Regularium prædictorum numero, qui pii operis huiusmodi curam gerant, dictosque alumnos bonis literis, ac Ecclesiastica disciplina imbuant, Apostolica autoritate, tenore præsentium, sine tamen alicuius

præ-

præiuditio erigimus, & instituimus, illaque sic erecto, & in-
stituto pro eius dote, ac Alumnorum, sive scholarium, nec
non Regulatum prædictorum sustentatione, onerumque
illis incumbentium supportatione redditum, seu redditus
oestigentorum, & quinquaginta scutorum huiusmodi, om-
niaque, & singula alia bona per ipsum Andream, & quo-
uscunque alias Christi fideles eidem Collegio donanda, &
assignanda, ex nunc, prout postque donata, & assignata
fuerint, ita quod liceat Clericis regularibus prædictis co-
rundem bonorum omnium corporalem, realem, &
actualem possessionem suo, & dicti Collegii nominibus
propria auætoritate libere apprehendere, & apprehensam
perpetuò retinere, fructus quoque redditus, prouetus, iura, ob-
uentiones, & emolumenta quæcunque ex eis quomodoli-
bet prouenientia percipere, exigere, leuare, recuperare,
locare, arrendare, ac in communes dicti Collegii usus,
& utilitatem conuertere, cuiusvis licentia desuper minimè
requisita, auætoritate, & tenore prædictis perpetuò appli-
camus, & appropriamus. Decernentes præsentes literas va-
lidias, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plena-
rios, & integros effectus sortiri, & obtainere, siveque per
quoscunque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
farum Palatii Apostolici Auditores ubique iudicari, & de-
finiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-
que quavis auætoritate, scienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, coeterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris
Die 23. Februarii M DC XXIII. Pontificatus Nostri An-
no Primo.

V. Theatin:

Fidem

Fidem facio, & attestor ego infrascriptus Vicarius Ge-
neralis, Congregationis Somaschæ, & Præpositus Sancti
Maioli Papiæ reperiri in Archiuo nostræ Congregationis
existente in dicto Collegio Breue tenoris retroscripti in for-
ma expeditum, signatum, & cum sigillo, & aliis requisitis.
In quotum fidem die 10. Julii 1663. M

D. Hieronymus Gallianus Vicarius Generalibus Con-
gregationis Somaschæ, & Præpositus Sancti Maioli
Papiæ.



VRBANI VIII

B R E V E

S V M M A R I V M.

Constitutiones Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ per S. R.E. Cardinales Regularium negotijs præpositos recognitæ, & in unum volumen compilatae, perpetuo approbantur, & auctoritate Apostolica confirmantur.

VRBANVS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctum Apostolatus officiū humilitati nostræ per ineffabilem Diuinæ sapientiæ prouidentiam commissum iugiter Nos admonet, ut inter grauissimas, multiplicesq. Apostolicæ seruitutis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam Christi fideles sub suavis religionis iugo virtutum Domino famulantes sub certis, & prouide ordinatis statutis, atque Constitutionibus in sanctitate, & iustitia, fellicioribus in dies proficiant incrementis, ac proinde iis, quæ propterea statuta, & ordinata sunt, ut ab omnibus, ad quos spectat, inuiolabiliter obseruentur, perpetuaque roboris firmitate subsistant, Apostolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè dilectus filius Ioannes Antonius Palinus Procurator Generalis Congregationis Somaschæ, alias Sancti Maioli Papiensis, & Doctrinæ Christianæ Regni Franciæ suo, & dictæ Congregationis nomine nobis nuper exponi fecit, quòd profelici, & prospero eiusdem Congregationis regimine, atque gubernio, nonnullæ Constitutiones diversis.

uersis temporibus factæ, nouissimè verò per Venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales negotiis Regularium præpositos recognitæ, & in unum volumen compilatæ fuerunt tenoris subsequétis, videlicet. Omittuntur libri quatuor *Constitutionum* separatim impressi. Cum autem sicut eadem expositio subiugebat, dictus Io: Antonius Procurator Generalis nominibus prædictis, præinsertis Constitutionibus pro perpetua illarum subsistentia, & in uiolabili obseruantia Apostolici nostri muniminis firmitatem per Nos adiici summopere desideret, Nobisque propterea humiliiter supplicari fecerit, vt in p̄missis opportunitate prouidere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos in uiolabili earundem Constitutionum obseruationi, quantum nobis ex alto conceditur, consulere, nec non dictum Procuratorem Generalem, ac totam Congregationem prædictam specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet iunodatae existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de eorundem Fratrum consilio præinsertas Constitutiones Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque in uiolabilis Apostolice firmitatis robur adiicimus, omnesque, & singulos tam iuris, quam facti quantumlibet substantialis defectus, si qui in illis interuenerint, supplerimus: Decernentes eādem Constitutiones, nec non præsentes literas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existerē, & fore, nec non in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, in uiolabiliter sub poenis in eiusdem statutis cōminatis obseruari, & adimpleri debere, ac quoſcunque eiusdem

dom Congregationes Superiorum, Presbyteros, & personas, ad plenariam illorum obseruantiam omnibus iuris, & facti remedij cogi, & compelli posse, sicutque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis aliis dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis quibusvis ipsius Congregationis Superioribus, Presbyteris, & personis huiusmodi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo labore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, coeterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 7. Maij M DC XXVI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Locus  Sigilli.

V. Theatin.



VRBANI VIII. B R E V E.

S V M M A R I V M.

1 Refertur tenor Constitutionum Congregationis Somascha, quibus tenentur Sacerdotes tres Missas Defunctorum pro anima cuiuslibet eiusdem Congregationis Professoris statim atque ex hac vita migrauerit, celebrare.

2 Conceditur Sacerdotibus eiusdem Congregationis pro tempore existentibus, quod celebrata per eos una Missa Defunctorum pro anima cuiuslibet dictæ Congregationis Professoris ex hac vita migrantis, quoad reliquias duas Missas, quas iuxta dictas Constitutiones celebrare tenentur, faciendo commemorationem pro Defuncto in Missis de Sancto, vel de die occurrente supplere possint, & valeant.



RBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Procurator Generalis Cleric. Regularium de Somascha alias S. Maioli, quod quilibet Sacerdos ipsius Congregationis iuxta illius Constitutiones Apostolica auctoritate confirmatas tres Missas Defunctorum pro anima cuiuslibet eiusdem Congregationis Professoris statim atque ex hac Vita migrauerit, celebrare tenetur, quo fit, ut iij, qui Missarum quotidianarum onera supportare tenentur, impediatur. Quare cum ipsa Congregatio ob illius reddituum tenuitatem eiusdem Constitutionibus

hac

hac in parte vlo modo satisfacere nequeat, Dictus Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, quatenus sibi desuper, vt infrà, opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem specialibus huiusmodi supplicationibus inclinati, eiusdem Congregationis Sacerdotibus nunc, & pro tempore existentibus, quòd celebrata per eos vna Missa Defunctorum pro anima cuiuslibet dictæ Congregationis Professoris ex hac Vita migrantis, vt præfertur, quoad reliquias duas Missas, quas iuxta dictas Constitutiones celebrare tenentur, faciendo commemorationem pro defuncto in Missis de Sancto, vel de Die occurrenti, supplere possint, & valeant, Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes literas validas, & firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 20. Nouembris M. DC. XXVIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

M. A. Maraldus.



B R E V E S D N. V R B A N I P A P Æ VIII. S V M M A R I V M.

- 1 Refertur tenor literarum Pauli Papa V. in fauorem Congregationis concessarum.
- 2 Declaratur ex vi illarum concessam fuisse implicitè licentiam nostris Patribus habendi priuata Oratoria in Orphanotrophijs, Seminarijs, Academijs, & Conuictorum Collegijs, etiam nostræ Congregationis non proprijs, in ijsque Sacro sanctum Missæ Sacrificium etiam extra tempus Paschatis in personarum dictis in locis degentium, & commorantium præsentia.
- 3 Quatenus opus sit, huiusmodi priuilegium nostræ Congregationi de novo conceditur.



R B A N V S P A P A O C T A V V S. Ad futuram rei memoriam. Alias fel. recor. Paulus Papa V. prædecessor noster inter alia priuilegia Congregationi Clericorum Regularium de Somasca, alias Sancti Maioli nuncupatorum Papien. concessit, vt singuli Presbyteri professi dictæ Congregationis omnibus, & quibuscunque personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophijs, Seminariis, Academiis, & Conuictorum Collegiis sub cura, regimine, & administratione dictæ Congregationis existentibus Extremæ Vnctionis, nec non etiam tempore Paschatis, Resurrectionis Dominicæ festitatis; Sanctissimæ Eucharistiae Sacramenta, absque aliquo

quo censurarum, & poenarum incursu ministrare possent, prout in dicti Pauli prædecessoris literis desuper confectis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem sicut dilectus filius Franciscus Tontulus Procurator Generalis dictæ Congregationis, Nobis nuper exponi fecit, à nonnullis locorum Ordinarijs reuocetur in dubium, an per supradictam concessionem Presbyteris prædictis implicitè etiam concessa sit licentia, priuata Oratoria in Orphanotrophijs, Seminarijs, Academiis, & Conuictorum Collegiis huiusmodi præsertim dictæ Congregationis non proprijs, habendi, in eisque Sacrosanctum Missæ Sacrificium etiam extra tempus Paschatis celebrandi. Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, vt dubium huiusmodi opportunè nostræ declarationis ministerio è medio tollere de benignitate Apostolica dignaremur. Hinc est, quod Nos dictum Procuratorem Generalem, totamque ipsam Congregationem specialibus fauotibus, & gratiis prosequi volentes, & eius singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harū serie absoluentes, & absolutas fore césentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Congregationi, quod ipsa in Orphanotrophijs, Seminarijs, Academiis, & Conuictorum Collegiis huiusmodi etiam non propriis dictæ Congregationis, sub eius tamen cura, regimine, & administratione existentibus, Oratoria priuata habere, ipsiusque Congregationis Presbyteri profesi in eis Sacrosanctum Missæ Sacrificium in personarum in dictis Orphanotrophijs, Seminarijs, Academiis, & Conuictorum Collegiis degentium, & commorantium præsentia, tam intra, quam ex tra

tra tempus Paschatis, Resurrectionis Dominicæ festivitatis huiusmodi celebrare liberè, & licite possint, & valent Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, ac quatenus opus sit eis de novo concedimus, & indulgemus. Non obstantib. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibusunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisca- toris die xxij. Decembris MDCXXXII. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

M.A. Maraldus.



B R E V E
S. D. N. V R B A N I
P A P A E VIII.
S V M M A R I V M.

- 1 Refertur tenor literarum fel. rec. Clem. Papæ VIII. quibus Rectori, & Confessario Collegij Clementini tunc, & pro tempore existentibus facultas tributa fuit absoluendi in foro conscientia, à censuris, & poenitentia ecclesiasticis eiusdem Collegij Alumnos, siueniret, ut se mutuo, vel alios Ecclesiastici Ordinis viros in eodem Collegio existentes laderent, aut etiam leuiter vulnerarent.
- 2 Eadem facultas absoluendi Alumnos, atque etiam Collegiales ut supra a Sanctissimo D. N. Urbano Papæ VIII. conceditur Rectoribus, & Confessariis Collegiorum, & locorum omnium sub cura, & disciplina nostra Congregationis nunc, & pro tempore existentium.

VR BANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam. Alias fel. record. Clementi Papæ VIII. predecessori nostro pro parte tunc existentium Rectoris, & Confessarij Collegij Clementini nuncupati de Vrbe exposito, quod cum inter Alumnos dicti Collegii multi essent Clerici adolescentes, Ecclesiastici que Ordinis viri, interdumque eueniret dictos Alumnos, ut inter iuuenes altercantes fieri solet se mutuo, seu alios Ecclesiastici Ordinis viros in eodem Collegio existentes laderere, ac forsitan etiam leuiter vulnerare, ut metuendum esset, ne propte-

propterea in censuras, & poenas ecclesiasticas in Sacris Cænonibus contentas incurrerent; Idem Clemens predecessor Rectoris, & Confessarij prædictorum supplicationibus ea in parte inclinatus, eisdem Rectori, & Confessariotunc, & pro tempore existentibus Alumnos prædictos, quoties huiusmodi casus euenisset, à prædictis censuris, & poenis, imposita illis suo arbitrio poenitentia salutari, in foro conscientiae dumtaxat absoluendi facultatem imparitus fuit, prout in suis in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem sicut dilectus filius Franciscus Tontolus Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Somaschæ, alias Sancti Maioli Papienfis, Nobis nuper exponifecit, Clerici Regulares Congregationis huiusmodi, qui dicti Collegii curam gerunt, multa etiam alia Collegia, & loca in quibus pueri, & adolescentes Christianis moribus, bonisque literis imbuuntur, sub eorum cura, & disciplina habeant, in eisque etiam multi adsint Clerici, Ecclesiastici que Ordinis viri, & propterea quod illorum conscientiarum securitati si casus iniectionis manuum in Clericos, seu leuis vulneris, quem Deus auerat, inter eos, ut inter iuuenes altercantes fieri solet, euenerit, melius consulatur, per Nos de infra scripta facultate prouideri summoperè desideret. Nos dicti Francisci supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Dilectis filiis Rectoribus, & Confessariis Collegiorum, & Locorum sub cura, & disciplina Clericorum dictæ Congregationis nunc & pro tempore existentium, & eorum cuilibet Collegiales, seu Alumnos Collegiorum, & Locorum huiusmodi modernos, & pro tempore existentes, quoties huiusmodi casus euenerit, à quibus suis censuris, & poenis ecclesiasticis per eos ob iniectionem manuum in Clericos, vel leue vulnus inflictum,

vt præfertur incursis, imposita illis eorundem Rectorum,
& Confessariorum arbitrio pœnitentia salutari, in foro
conscientiae dumtaxat absoluendi plenam, & liberam fa-
cilitatem Apostolica auctoritate tenore præsentium conce-
dimus, & imparsumur. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscato-
ris die 30. Maii M. DC. XXXIII. Pontificatus Nostri An-
no decimo.

M.A. Maraldus.



QVÆ-

Q V A E S I T A

Circa electionem Sociorum S. Congrega-
tioni super negotijs Regulari-
um proposita.

Eminentissi. & R. Domini.



Tantibus verbis Constitutionum Clerico-
rum Regularium Congregationis Soma-
schæ, videlicet, Nemo vero suffragij pas-
siui iure in Sociorum electione gaudebit,
qui non sit in numero earum familia-
rum, quæ ad eum eligendum Decreti præ-
scripto conueniunt; Quod si alicui alienæ familiæ diutinis,
& publicis negotiis ab obedientia superiorum auctoritate
sibi impositis detento eo loco adesse contigerit vbi Socij elec-
tio fiet, is suffragii quodcumque ius in ea domo obtineat, &c.
Procurator Generalis dictæ Congregationis petit humiliter
ab Eminentiss VV. Reuerendissimis declarari.

An sub dictis verbis comprehendantur, vt possint suffra-
gium ferre, qui ob aliqua negotia non tamē publica, & si
publica, non diuturna ad locum, vbi Socij elec̄tio facienda est
accedunt cum licentia Praepositi Generalis, quia ex forma ea-
rumdem Constitutionum tunc temporis subduntur in omni-
bus Superioribus loci, vbi reperiuntur, ac proinde videantur
posse dici de familia dicti loci.

In superstantibus verbis earumdem Constitutionum, vide-
licet, Qui in locis ultra sex millia passuum distantibus ab eo,
vbi Socius eligendus erit habitabunt, ij per Procuratores elec-
tos iuxta formam in literis inductionis Capituli Generalis

præ-

præscribendam conuenient ad electionem, Idem Procurator Generalis petit declarari.

An, qui in locis habitant ultra sex millia passuum distantibus ab eo, ubi Socius eligendus est, & ex dispositione Constitutionum debent per Procuratores conuenire &c. si ob aliqua negocia, ut supra, cum obedientia Praepositi Generalis, vel alterius Superioris ad locum electionis se transferant, & Procuratores non sint à Patribus eorumdem locorum electi &c. possint habere votum in Capitulo, & per se ipsos Socij electioni Interesse.

RESPONSIONES

Eiusdem S. Congregationis.

Sacra Congregatio Cardinalium negocijs Regularium præposita supradictis Constitutionibus diligenter, ac mature consideratis, ad suprascripta quæsita respondendum censuit, ut sequitur.

Ad Primum, Non comprehendendi, neque in hoc casu sufficere licentiam Praepositi Generalis, vel aliorum Superiorum, ac quod tunc temporis ex forma Constitutionum subdantur Superioribus loci, in quo Socij electio peragenda est, sed requiri ulterius, ut negocijs inibi detineantur publicis, & diuturnis.

Ad Secundum, Teneri eos, qui in locis habitant ultra sex millia passuum distantibus ab eo, ubi Socius eligendus est, constituere Procuratorem, nec aliquem ex eisdem posse per se ipsum conuenire ad Socij electionem, & in ea suffragium ferre, neque illis suffragari, quod in eo loco reperiantur cum licentia Praepositi Generalis, vel aliorum Superiorum, vel quod Superioribus dicti loci subdantur ut supra.

Coeterum ad tollendam cuiuscumque fraudis suspicionem,

cionem, & ad exactam earumdem Constitutionem obseruantiam, eadem S. Congregatio declarat, Si aliqui alienæ familie, vel locorum ultra sex millia passuum distantium, ut supra, paucis diebus ante electionem à Praeposito Generali, alijsuè Superioribus ad locum mittantur, ubi Socij electio facienda est, quamuis in eo de familia deputentur, vel etiam in eodem loco reperiantur, ut Socij Visitatorum; non ideo posse cum proprio suffragio ad electionem conuenire, sed requiri, ut diuturno aliquo tempore in eo commorentur, & illud saltem quatuor mensium esse deberet ante tempus electionis. Ac propterea a censuit, monendos esse Superiores, ne à Definitorio in uno loco designatos, ante factas Sociorum electiones ad alium mittant, sine urgenti causa. Roma die xv. Decembris 1634.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ figilli.

A. Torriellus



F E R I A I I.

DIE XXIV. IANVARII M.DC.XXXIII.

In Sacra Indicis Congregatione Generali Romæ
habita in Palatio solitæ habitationis Eminen-
tiss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Pij Præfe-
cti, coram Eminentiss. & Reuerendiss. DD.
S.R E. Cardinalibus ad Indicem librorum, eo-
rumdemque permissionem, prohibitionem,
expurgationem, & impressionem in vniuersa
Republica Christiana à S. Sede Apostolica
specialiter deputatis.



Extendi-
tur ad o-
nera Re-
ligionis
Collegia
Iugenu-
tis in stu-
diori de-
dicata.

MINENTISSIMI, & Reuerendissimi DD.
Cardinales Congregationis prædictæ ad
instantiam R. Patris Francisci Tontoli e-
iusdem S. Congregationis Consultoris, &
Procuratoris Generalis Religionis Soma-
schæ concesserunt licentiam adbeneplaci-
tum eorumdem Eminentissimorum, & Reuerendissimo-
rum Cardinalium duraturam Patribus Seminarii Ducalis
Venetiis prædictæ Religionis retinendi in communi Biblio-
theca infrascriptos libros, dummodo illos sub clave detineat,
quæ apud Superiorem sit, iisque non vtantur nisi de conser-
vâ Præpositi Generalis, vel supra expressi S. Congr. Consul-
toris, & Procuratoris Generalis, quorum conscientiam one-
rantes eos monitos voluerunt ut PP. prædicti Seminariis il-
los legendos permittant, quos attento munere, & qualitate
personarum expedire iudicauerint. Si quæ autem legentibus
contra fidem, vel contra bonos mores occurserint, corrigan-
tur

tur per se ipsos: vel per alios ad eorumdem Præpositi Gene-
ralis, & Consultoris arbitrium.

Libri autem sunt. Lexicon Græco Latinum Io: Scapulæ
Idem auctum opera Francisci Porti. Idem auctum per
Conradum Genserum, & Io: Hartungen. Lexicon Græcum
sine authoris nomine impressum Basileæ. Idem impressum
Lutetiae. S. Iustini opera Iosepho Lango Interpretæ. Isocræ-
tis opera Hieronymo Völfio Interpretæ, cum eiusdem notis.
Eiusdem Commentaria in Cicer. &c alios prophanos. Plu-
tarchi opera Gulielmo Kilandro Interpretæ. Strabonis Geo-
grafia cum kylandri versione, cui affixum est carmen Theo-
do. Bezae, cuius nomen deleatur, & ipsum carmen, si aliquid
contra fidem, vel contra bonos mores contineat. Io: Poffelij
Caligraphia Græca, eiusdē tres orationes. Michaelis Toxitæ,
Cælij Secundi Curionis, Petri Rami, Joachimi Camerarij, Ja-
cobi Schegfij, Francisci Othomani, Io: Sturmij, Christophori
Hegendorphini, Philippi Melanctonis, Io: Thomæ Phreigij,
Marci Blehumleri, & aliorum authorum damnatorum
Commentarij, Notæ, Scholia, explicationes, in Ciceronis Of-
ficia, partitiones oratorias, & alia opera, tum eiusdem Cicero-
nistum aliorum prophanorum authorum, siue poetarum si-
ue historicorum, siue Oratorum tam Græcorum, quam Lat-
inorum, deletis tamen eorum nominibus, vel addita clausula
authoris damnati. Probi Aemilii de vita Excellentium Im-
peratorum liber à Nathane Chitreo recognitus. Dictionariū
propriorum nominum sine authoris nomine, ex officina,
R. St. Thomæ Phreigii quæstiones Logicæ, ac Ethicæ Iaco-
bi Micelli. ars Poetica Io. Cæsaris Scaligeri Poemata, & Poe-
tica Rodulphi Snelii Comment. in Rhetor. explanatione,
Petri Rami, Andreæ Hippolyti Dialectica, Io. Sturmii de Imi-
tatione Oratoria, Idem de amissa dicendi ratione, & de a-
periendis literarum ludis. Thesaurus linguae latine sine au-
thoris nomine, seu R. St. authore. Dictionarium Historicum

fine authoris nomine. Erasmi Roterodami liber de conscribendis Epistolis. Item de copia rerum, & verborum eiusdem, Epistole Georgij Fabricii kennicen, Phrases Poeticæ, & alia ad poeticam pertinentia. Jo: Martæ, vel Matii Christeis. Locci communes Sacri, & prophani Græcolatini à Conrado Gesnero Latinitate donati. Concordantiarum Bibliæ collectio. Pindari, & caliorum Poetarum Græcorum per authores damnatos, & si quæ sunt in ipsis annotationes. Io: Marcerii Comment. in Tertulliani librū de Pallio, Poetica d' Aristotile volgarizata, e commentata dal Casteluetro. Io: Neuizzani Sylua nuptialis. Valentini Epithæ liber de conscribendis Epistolis. Adriani Barlandi liber Selectas Erafni Epistolas continens. Augustini Eugubini Cosmopeia. Adriani Itinii nomenclator, eiusdem de recta Latini Græcique Sermonis pronunciatione. Nicolai Posmani Rhetorica. Theatrum vitæ humanae à Theodoro Guingero absolutum. Polianthea nouissima Iosephi Langii. Orationi del Racco. Orationes, & Carmina Baudii. Carmina Heinsii. Polydori. Virgilii de rerum Inuentoribus. Luciani Philopater, & mors Peregrini. Bibliotheca SS. PP. per Murgarinum della Bigna Collecta. Chronicon Prodigiorum, & ostensorum. Compendium orationum impressum Venetiis per Iunctam, & alios. Epigrammatum flores. Liber cuititulus, Epistolæ obscurorum virorum. Item alius, cui titulus: Exempla virtutum, & vitiorum. Francisci Franchini Poemata. fabulæ Laurentii Abstemii, & Gilberti Cognati. Farrago Poematum Leodegarii à Quercu. Francisci Georgii Veneri Harmonia Mundi, & problemata S. Scripturæ. Francisci Patritii noua de Vniuersis Philosophia. Flores Romani. Gesta Romanorum Adriani Damman. Imperii, ac Sacerdotii ornatus. Eiusdem diuersarum gentium vestitus, cum Commentariolo Cæsarum. Henrici Decimoris Gissthomen. Sylva Vocabulorum, & phrasium. Historiarum, & chronicorum totius Mundi Epitome impressa Basileæ.

Basileæ. Historia Græciae nuper edita. Leuinij Lemnii Zinzeli occulta naturæ miracula. Liber inscriptus de re metrica. Liber similitudinum, & dissimilitudinum. Mahometis Saracenorū Principis, cuiusque successorum viræ. Panoplia omnium artium authore Hartman Scoppero. Petri Guntheri Rhetorica. Ricardi Dinothi de rebus memorabilibus. Eiusdem aduersaria historica. Linguae Græcae Henrici Stephani. Laurentii Scaderi monumenta Italij. Maurizio vago giardino de Madrigali. Franciscus Valesius de Sacra Philosophy. Icenes 50. virorum illustrum cum eorum virtutis descriptis à Io: Iacobo Boysardo, demum editæ per Theodorum de Bry Leodien. Lodouico Dolce della natura delle gemme. Ferdinandi Boni giorni Il buon giorno. Merlini Coccæ opera. Octobris Melandri liber iocorum, atque seriorum Selectorum. Euphorionis Lusinini Satyricon. Adami Theodori Syberi Dialexeon Academicarum. Io: Althusij de utilitate, necessitate, scholarum. Io: Scholij praxis Logica. Vuenceslai Budouiez, circulus horoscopus Lunaris, & Solaris. M. Thomæ Sagittarij de conscribendis Epistolis. Luce belli comimento sopra il Conuito di Platone. Martini Vueltichii de ortu monstorum. Ranutii Cheri delitiae centum Poetarum Rodulphi Goclenii tractatus de magnetica vulnerum curatione. Liberi Vincentii Hollandi Liber: nescimus quid vesper serus vehat. Simonis Maioli tom. 2. Thomæ Dempsteri de antiquis Rom. Tarrei Hebi Iudicium in amphiteatrum lesiorum iocorum. Amphiteatrum Sapientia Socratis Casparis Domauii. De dicendi, & differendi ratione libri tres opera Conradii Aslaci Borgensis. Le relationi del Botero di qualsiuoglia Stampa. Cortigiano del Castiglione. Io: Valchii Decades Fabularum. Iulius Caesar Vanninus de Admirandis naturæ artanis. Matthæi Dresseri orationes. Rodulphi Goclenii partitio num Dialecticarum; eiusdem Controversie Logicæ; eiusdem Physicæ completæ speculum. Liber Simbola aureæ mensæ.

Francisci Suarez to. 5. de censuris vbique impressus. Summa Sacmentorum Henrici Henriquez. Thomæ Sanchez de Matrimonio to. 3. mutilatus. Historia Iacobi Thuani. Conc. Trid. declarationes omnes, adnotaciones, decisiones, remissiones. Inter quas scient aliquas irrepsisse Decretis S. C. eiusdem prorsus repugnat. quibus propterea nulla habenda est fides. Bibliotheca Patrum cuiuscunque impressionis. Bernardini Corii Historia Mediolani. Io: Bodini methodus ad facilem Historiarum cognitionem. Bibliotheca Conradi Gesneri. Arconthologia Cosmica authore Ludouico Gotofredo. Roberti Flud opera, exceptis libris in quibus de Geomania, & Astrologia Iudiciaria agit, qui nec legi, nec retineri poterunt. Cardani opera præter Astrologica.

In quorū fidem, Ego Fr. Ioannes Baptista Marinus Ordinis Prædicatorum S. Theol. Magister, & præd. Sac. Congreg. Sec. præsētes Sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Pii Præfecti munitas propria manu subscripsi. Romæ ex Apostolico Palatio die 10. Martii 1633.

Fr. Jo. Baptista Marinus qui supra manu propria.

Regist. lib. mem. B.



DE-

DECRETVM S. CONGREGATIONIS SVPER REGVLARIBVS.

De Confessionibus Superiorum Congregationis Somaschæ.

^{mi} Em. ^{mi} e Reu. ^{mi} Sig.

IL Procuratore Generale della Congregatione di Somasca rappresenta humilmente all' E.E. VV. Reuerendiss. che il Capitolo loro Generale celebrato quest' anno ha fatto decreto, che si supplichli questa Sac. Congregatione, col cui voto sono state approvate da N. S. le loro Constitutioni, à degnarsi dichiarare, ò concedere che come i Superiori possono dar licenza alli loro Suditi di Confessarsi da Confessori anco che non siano dell' istessa Religione, così possano prendere la medema facoltà per se stessi non ostante una loro particolare Constitutione di questo tenore. Nemo alijs, quam designatis à Superiore. Superior verò Confessariis alterius Instituti peccata sua confiteri non posse, aliter confessio sit irrita; ponendo in consideratione, che il medesimo Capitolo Generale in virtù dell' istesse Constitutioni ha facoltà di dichiarare, mutare, e bisognando stabilire nuove Constitutioni, e che stima così expediente per la difficile esecutione di detta Constitutione, e per i gran pericoli, che possono occorrere in questa materia, come ha dimostrato l' esperienza di molt' anni, oltre che detta Constitutione non era nelle antiche Constitutioni di detta Religione, mà solo è stata aggiunta dal 1625 in qua, nel qual tempo molti Superiori hanno reclamato in diversi Capitoli Generali, e della gratia E. C.

P-



Eculiar i Somaschensium Religiosorum cōstitutione iubetur, ne vllus ex eiusdem Congregationis Patribus, absque suorum Superiorum facultate possit propria peccata rite confiteri alicui Sacerdoti, qui sit extra eorūdem Patrum numerum, ac professionem; quocfit, vt priuilegium hoc, commodumque spiritale, quo subditi gaudent, Superioribus à p̄dicta constitutione denegatum sit, atque ita eorum confessiones irritæ evadant, quòd facultatem eiusmodi sibi ipsis concedere nequeant. Ne igitur huiusce commodi Superiores expertes sint, hoc decreto sanxerunt Eminentissimi Patres negotijs Regularium Præfeti, vt Superiores (gradum ordine seruato) sibi inuicem hanc facultatem impertiri possint: hoc est locorum Præsides à Provincialibus, seu Visitatoribus hanc impetrare poterunt facultatem. Prouinciales verò, seu Visitatores, Generalisq. Procurator à totius Religionis Generali Præposito, quitan- dem Generalis Præpositus ab eo Patrum numero, qui Congregationem Generalem repreſentat, eandem obtinere de- bebit facultatem. Quæ omnia ita intelligenda sunt, vt non propterea obligentur ijdem Patres Superiores ad hanc facul- tam petendam toties, quoties ea nominatim indiguerint, sed sufficit eam semel petere, cum onera sibi iniuncta aggredientur, eaque generatim vii poterunt quoisque munera ijs imposta absolvierint. Interea hac facultate is, qui nunc Præ- positi Generalis munere fungitur, perfruatur. Romæ die 25. Iunii 1638.

Fr. Ant. Card. S. Honuph.

Locus sigilli

C. Facchenetus Sec.

VRBANI VIII¹⁷⁵

B R E V E.

S V M M A R I V M.

¶ Refertur Decretum Capituli Generalis Congregatio- nis Somascha sub anno 1641. ut videlicet eiusdem Congregationis Professores, qui Præpositi, seu Vicarij Generalis munus obierint, debeant, dum viuunt, cum titulo Assistentium, & iure suffragij interuenire Defi- nitorio eiusdem Congregationis quotannis fieri solito, si- ne tamen praeditio numeri soliti Definitorij predicti.

¶ Approbatur, & confirmatur auctoritate Apostolica predictum Decretum.



VRBANVS PAPA OCTAVVS, Ad perpe- tuam rei memoriam. Nuper pro parte dilec- torum filiorum Clericorum Regularium Ca- pituli Generalis Congregationis Somaschæ per dilectum filium Augustinum Socium illius Pro- curatorem Generalem nobis expositū fuit, quòd de anno 1641 proximè preterito in Capitulo Generali vnamiter decretū fuit, dictæ Congregationis professores, qui Præpositi, seu Vicarij Generalis munus obierunt, ob cognitionem status dictæ Congregationis, grauiorumque illius negotiorum experien- tiā, quam habent, debeant pro bono publico dum viuunt cum titulo Assistentium, & iure suffragij interuenire De- finitorio eiusdem Congregationis fieri solito pro bono regi- mine, & grauibus negotiis inter vnum, & alterum dictæ Con- gregationis Generalia Capitula occurrentibus, sine tamen pre- diicio numeri soliti Definitorii. Cum autem sicuti eadem

176 expositio subiungebat ex decreto huiusmodi ultra publicum eiusdem Congregationis beneficium, etiam honor gradus resultet iuxta quādam dictæ Congregationis Constitutionem Apostolica auctoritate confirmatam, cuius verba sunt sequentia: Videlicet: si, qui Praepositi Generalis, Vicarii item Generalis potestatem obierint, honor præcipius, cum exteriore obseruantia, ut patribus de Congregatione benemeritis deferatur. Nobis propterea dictus Procurator Generalis nomine quo supra humiliter supplicari fecit, ut decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremus. Nos igitur eosdem Capitulares, & Procuratorem Generalem specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulas personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis Censuris, ac pænis à iure, vel ab homine quisquis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati Decretum Capituli Generalis dictæ Congregationis prædictum apostolica autoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quam factis defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemu: Decernentes præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter obseruari debere, ac iuritum, & inane si secus super his à quoquam qualis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinatiobibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel qua-

uis

177 uis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quiscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die quarto Februarii millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo Pontificatus nostri anno decimo octauo.

M. A. Maraldus.



Z

Decre-

Decrēta Sacerdōtū Congregationis super statū Regularium de mandato Sanctiss. D.N. Alexandri Papæ VII. edita pro recipiendis Nouitiis in Congregatione Italie Cleric. Regular. Congreg. Somaschæ.



D propagandam in Religionē Clericorum. Regularium Congregationis Somaschæ in Italia Regularem obseruantiam, quæ Nouitorum institutioni, & educationi præcipue innititur, Sacra Congregatio deputata super statū Regularium de mandato Sanctiss. D.N. Alexandri Papæ VII. in singulis Italie Provinciis eiusdem Congregationis, præsentis Decreti tenore designat, ac deputat infrascr. Collegia pro Nouitiatibus, & Professoriis, videlicet.

In Provincia Romana pro Nouitiatu, & Professorio Collegium S. Blasii Montis Citorii de Urbe. In Provincia Mediolanen. pro Nouitiatibus Collegia S. Petri Monfortis Medioli- ni, & S. Spiritus Iauæ, & pro Professoriis Collegia S. Mariæ Secretæ Mediol. S. Maioli Papiæ, & S. Mariæ Magdalenaæ Ia- nuen. In Provincia Veneta pro Nouitiatu Colleg. Sanctiss. Trinitatis Venetiarum, & pro Professoriis idem Colleg. Sanctiss. Trinitatis Venetiarum, & Collegium Sanctorum Phi- lippi, & Iacobi Vicentiae.

In quolibet autem ex prænominatis Colliis pro Nouitiatu, ut præfertur, designatis eadem Sacra Congregatio im- partitur licentiam hac vice tantum recipiendi sex Clericos, seu Choristas, & unum Laicum, seu Conuersum, dum tamen hæc, quæ sequuntur, in uolatè obseruentur.

Primum, nè extēnorū licet illustrium virorū rogatu admittantur, qui minimè diuino spiritu vocati videntur, & ad studia literarū minimè apti, stupidi, inertes sint, à quibus nihil laudis, nihil fructu sperari possit, plurimū verò dedecoris,

de-

detrimenti tēporis, laxitatis, & perturbationis merito timeri. Si quis habitum huius Religionis efflagitauerit, Superior, probato priùs per id temporis spatiū quod sibi videbitur, illius spiritu, & in vocatione perseverantia, Præposito Generali significabit, qui Superiori eidem, & duobus, vel alteri saltem ex Sacerdotibus ibidem degentibus non consanguineis, nec affinibns admitti cupientis mandabit, vt illum examinēt, & diligentissimè, sed prudenter, inquirant, quæ sit eius condi- tio, quæ patria, qui parentes, quæ corporis habitudo, quæ cetas, qui mores, quæ amicitia, quæ dotes, quæ doctrina, quæ indole, quo spiritu ad hoc Institutum amplectendum moueatur, à quo tempore vocari se senserit, quem sibi finē proposuerit, an leuitate, vel aliquo humano affectu, aut inordinato animi motu ducatur: an aliquid in ipso desideretur, quod in ijs requiriatur, qui tali vestiendi sunt habitu, & suis singuli rescribent literis, quid cognoverint, quid de illo sentiant, idque summa fide, atque etiam iurati affirmabunt.

Tum Præpositus Generalis matura, ac diligentī consideratiōne expendet literas singulorum, & quæcumque ad se re- scripta fuerint; ac, si in Domino expedire iudicauerit, vt reij- ciatur, curabit magna cum dexteritate, & suavitate id facien- dum; sin, vt admittatur, iubebit, vt idem Superior suo Colle- giali Capitulo (si tamen hac potiatur facultate) illum reco- gnoscendum, & admittendum proponat, quod fiet cum ma- jori suffragiorum parte, lectis priùs à Cancellario, examina- tisque testimonialibus literis, quæ de vita, moribus, & ætate admittendi fidem adstruant. Quod si hæc illi Capitulo desit potestas, ad aliud vicinius in eadem Provincia mittatur, cui huiusmodi sit impertita facultas, isque secum deferet Præpo- siti Generalis literas, sine cuius expressa licentia nemo ad præ- dictam Religionem admittatur. Si verò admittendus ob ni- miā loci distantiam non poslit Collegium aliquod ex Re- ligione adire, satis eo casu fuerit testimoniales literas, à Præ- posito

posito Generali prius visas, & approbatas ad Superiorem Collegii, à quo recipiendus erit Nouitius, mittere, illisque in Capitulo lectis, examinatis, & approbatis, etiam absens proponi poterit, & admitti.

7 Ita tamen ut recipiendi nullo sint ære alieno grauati, aut ratiociniis reddendis obnoxii, non serui, nec matrimonio coniuncti, non distamatis geniti parentibus, nullo crimen in sæculo fædati, non corporis vitio maculosi, aut deformes, non minores annis quindecim completis, si sunt Clerici, nec maiores quadraginta, nisi cum his maioribus Pater Generalis dispensauerit; Laici verò vigesimum ætatis suæ annum saltem expleuerint.

8 Vbi primùm annum probationis peregerint integrum Nouitii, Præpositus Collég. de licentia Patris Generalis Capitulo Collég. eos proponet, & singulorum vocalium secretis suffragiis, uno saltem supra medietatem suffragantium numero excedente, aut admittantur, aut rejiciantur. Quod cùm præstiterit, eundem Præpositum Generalem admonebit, qui Superiorem loci illius, vel quempiam alium pro admissis specialiter delegabit, vt Vicarii munere perfungens Nouitios ad professionem recipiat, sub exacta tamen vita communi ad præscriptum Regulæ, non obstante quauis laxiori consuetudine, seu potius corruptela in contrarium introducta, seruataque forma Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, ac præcipiè Decretorum sanctæ mem. Clementis Papæ VIII. nec non statutorum prædictæ Congregationis.

9 Quòd si aliquem ex dictis Nouitiis ante professionem à Religione discedere, aut expelli contigerit, aliis in eius locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus seruetur forma superius præscripta.

10 Sed & illud omnino cauendum erit, ne à volentibus ingredi Religionem, pro ipso ingressu, nec post suscep-
hab i-

habitum probationis, pro admissione ad professionem, vel alio quocunque prætextu, excepto victu, & vestitu Nouitiij illius temporis, quo in probatione est, ab ipso, vel eius parentibus, aut propinquis, vel curatoribus aliquid accipiatur sub pena per Sacros Canones, & Tridentini Concilij statutis.

11 Cæterum, ut prædicti Nouitiij postquam in Professorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, Regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, statim post professionem emissam, si in Conventu pro Nouitiatu, vt suprà, assignato locus aderit secundi Nouitiatus, seu Professorij ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquorum professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Collégium eos alere queat; si minus, transferantur in aliud Collégium ex designatis pro Professorio, seu secundo Nouitiatu, vbi is locus cum requisitis ad Nouitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo construatur. Ita tamen ut, si prædicta Religio ex statu in Constitutionum, seu institutionum vigore maioris temporis cursu nouos professos intra Nouitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur, & nihilominus permittitur Superioribus, vt id ipsum face re possiuit, si rationi, ac Religioni magis expedire iudicauerint.

12 In quo quidem Professorio degat sub regulis, & modo viuendi adhuc strictiori, quam seruent antiquiores professi, ita ut nec in negotiis Collégii se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, nec alterius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant quinquennij spatio ad arbitrium Præpositi Generalis iuxta præscriptum Constitutionum Religionis. Quo etiam tempore poterunt, quinimò & debebunt literarum studijs operam nauare sub directione, & regimine Superioris, ac Magistri, qui eas qualitates habeant, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportet, quemadmodum ipsius Clementis Decreto prouide-

sancitum est.

13 Porro in Collegiis tam pro primo, quam pro secundo Nouitiatu, ut præmittitur, assignatis nec Præpositus, nec Novitiorum Magister deputetur, nisi ab ipsomet Præposito Generali cum toto corpore Definitorii. Familia verò constituta ad præscriptum Constitutionum ipsius Congregationis, & à Visitatore amoueri non possit, nisi de Præpositi Generalis consensu, neque in eis collocentur, nisi Religiosi graues, deuoti, exemplares, & Regularis obseruantie, ac puritatis Regulæ studiosi. Præcipue verò caueatur, ne ibi ponatur aliquis qui non consentiat seruare vitam communem, quæ in prædictis Collegiis ad Regulæ præscriptum exactè obseruetur, indeque amoueantur, qui tam sancte ordinationi contradicere, aut quoquo modo se opponere ausi fuerint.

14 Ad extremum, postquam Nouitii in Professorum numerum, vtsuprà cooptati fuerint, Superiores Regulares, ad quos pertinet illico S. Congregationem edoceant, supradicta omnia, & singula fuisse ad vnguem adimpta, & executioni mandata, alioquin poenas in memoratis Decretis Clementis Papæ VIII. fel. rec. statutas se subituros, ac nouas licentias recipiendi Nouitios nequaquam fore impetraturos certò sciant. Non obstantibus quo ad præmissa omnia, & singula, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non prædictæ Religionis statutis, consuetudinibus, & priuilegiis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome die prima Iunii MDLV.

B. Card. Spada.

Locus O sigilli.

P. Fagnanus S. Cong. Secret.

S.D.N.D.

S.D.N.D. ALEXANDRI

Diuina prouidentia

P A P Æ VII. B R E V E.

Quo declaratur Alumnos, & Conuictores Collegiorum sub cura, & regimine Patrum Congregationis Somascha existentium posse in Oratorijs, seu Cappellis in locumdem Collegiorum, in quibus de licentia Sedis apostolicæ potest celebrari Missa, confiteri Sacramentaliter sua peccata Presbyteris ab Ordinario approbatis, etiam Secularibus, si nollent confiteri, ibi Presbyteris dictæ Congregationis.



Liás postq[ua]t[er] fel. rec. Paulus Papa V. prædecessor noster inter alia priuilegia Congregationi Clericorum Regularium de Somascha alias Sancti Maioli Papien. nuncupatorum concesserat, vt singuli Presbyteri professi dictæ Congregationis omnibus, & quibuscumq[ue] personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophijs, Seminariis, Academijs, & Conuictorum Collegijs sub cura, regimine, & administratio[n]e dictæ Congregationis existentibus extremae vunctionis, nec non etiam tempore Paschatis Resurrectionis Dominicæ festiuitatis Sanctissimæ Eucharistie Sacra[m]enta absq[ue] aliquo censuratum incursum ministrare possent, red. me. Urbano Papa VIII. prædecessori pariter nostro pro parte tunc existentis Procuratoris Generalis prædictæ Congregationis exposito, quod à nōnullis locorum Ordinarijs revocaretur in dubium,

an per

an per supradictam concessionem Præsbyteris prædictis im-
plicitè etiam concessa esent licentia priuata Oratoria in Or-
phanotrophiis, Seminarijs, Academiis, & Conuictorum Col-
legiis huiusmodi præsertim dictæ Congregationis non pro-
priis habendi, in eisque Sacrosanctum Missæ sacrificium e-
tiam extra tempus Paschatis celebrandi, idem Vrbanus præ-
decessor supplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomi-
ne sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, eidem Congre-
gationi, quod ipsa in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Conuictorum Collegiis huiusmodi, etiam non pro-
priis dictæ Congregationis, sub eius tamen cura, regimine, &
administratione existentibus Oratoria priuata habere, ipsiusq.
Congregationis Præsbyteri professi in eis Sacrosanctum Mis-
se sacrificium in personarum in dictis Orphanotrophiis, Pe-
minariis, Academiis, & Conuictorum Collegiis degentium,
& commorantium præsentia tam intra, quam extra tempus
Paschatis Resurrectionis Dominicæ festivitatis huiusmodi
celebrare liberè, & licetè possent, & valerent, declarauit, ac
quatenus opus esset, eis de novo concessit, & indulxit prout in
ipsius Urbani predecessoris literis desuper in simili forma
Breni die 22. Decembris 1633. expediti, quarum tenorem
præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & verbatim
inserto haberi volumus, continetur. Cùm autem sicut dilectus
filius Petrus Franciscus Moia Procurator Generalis memora-
tæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli loco-
rum Ordinarii adhuc reuocent in dubium utrum Alumni, &
Conuictores, qui in prædictis Collegiis educantur, peccata sua
Præsbyteris per Ordinarios approbatis in eisdem Collegiis
Sacramentaliter confiteri valeant, ipseque Petrus Franciscus
Procurator Generalis propterea, quod spirituali eorundem A-
lumnorum, & Conuictorum quieti consulatur, opportunè in
premissis à Nobis prouideri plurimum desideret. Nos eun-
dem Petrum Franciscum Procuratorem Generalem speciali-

bus

bus

bus, & fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusuis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq. ecclie-
siasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine
quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet in-
nodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absoluentes, & absolutum fore cen-
sentes, Supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humi-
liter porrectis inclinati, ut Alumni, & Conuictores Colle-
giorum sub cura dictæ Congregationis existentium in Ora-
toriis, seu Cappellis eorundem Collegiorum, in quibus per-
missum est auctoritate Apostolica Missam celebrare, & Sa-
cram Communionem ministrare, peccata sua Sacra-
mentaliter confiteri liberè, & licetè possint, & valeant, idque Præ-
sbyteris ab Ordinario approbatis etiam Sæcularibus, si Al-
umni, & Conuictores prædicti nollent confiteri Regulari-
bus dictæ Congregationis, auctoritate Apostolica tenore
præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus
præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostoli-
cis, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud
S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii
1659. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

G. Gualterius.



Aa

Non;

Nonnullæ Ordinationes
Sanctiss. D. N. PP.

ALEXANDRI VII.

P R O

**Congregatione Clericorum Regularium
de Somascha.**



LEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam. Ad pastorale fastigium superni dispositione consilij, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, euecti, in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, vt Congregationes Religiosorum virorum in Ecclesia Dei piè, sanctèque institutæ, ac vbe- res honorū operum fructus, benedicente Domino, proferre iugiter satagētes, prosperè salubriterq. dirigantur; quo institutis suis inhærētes laudabilibus, amota quacumq; controuersia rum, & dissidiorum occasione fœlicioribus in dies, Diuina largiente gratia, proficiant incrementis. Itaque ut in Congregatione Clericorum Regularium de Somascha pax, & religiosa vñitas conseruetur, & dignitates, atque officia pro meritis personarum æqualiter distribuantur, prouidere cūpientes, de voto Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotijs visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Almae Vrbis Nostræ à Nobis institutæ deputatorum, Motu proprio, ac ex certa scientia, & ma-

tura-

tura delil eratione nostris, deque Apostelicæ potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus, & decernimus, vt prædicta Congregatio Clericorum Regularium de Somascha diuisa sit in tres Prouincias, videlicet Lombardiae, Venetiarum, & Romanam nuncupatas. Et Prouincia quidem Lombardiae contineat omnia loca, quæ in Statu Mediolanensi, & ditionibus adiacentibus dilectorum filiorum nobis-
ium Virorum Ducum Sabaudiæ, Mantuae, & Parmae, ac Domini Heluetiorum possidet, vel possidebit dicta Congrega-
tio. Prouincia verò Veneta complectatur omnia loca, quæ
continentur, seu continebuntur in Dominio Republicæ
Venetorum & Principatu Tridentino. Prouincia autem
Romana comprehendat loca omnia posita, vel ponenda in
reliquis Italiæ ditionibus. Porro quilibet ex his Prouincijs
locum vnum probationis habeat communem omnibus nationibus, ex quibus Prouincia coalescit, cum profes-
soriis, quæ sufficiente pro educatione iuuentutis professæ.
Ad hæc quilibet Prouincia habeat quatuordecim Vocales
Capituli Generalis, &, si aliqua ex hisde præfenti plures
habet, qui electi sunt, retineant ius acquisitum: ceterum
non deueniatur ad electionem novorum Vocalium pro hu-
ijsmodi Prouincia, nisi postquam eius Vocales infra qua-
tuordecim fuerint. Similiter quilibet Prouincia mittat
tres Socios, seu Discretos ad Capitulum Generale. Præ-
positi verò Generalis dignitas per turnum detur non
quidem nationum, sed prædictarum Prouinciarum, &
hic turnus incipiat anno proximè venturo M.DC.LXII.
à Prouincia Romana, à qua transeat ad Venetam. Digni-
tates autem, ex quibus constat Definitorium, cum omnes
sint numero tredecim, equaliter diuidantur, ita ut quilibet
Prouincia quatuor ex illis habeat: illa verò, cui per
turnum Præpositus Generalis continget, quinque. Præ-
terea vbi nunc inter dignitates Definitorii sunt duo Con-
siliarii,

Aa 2

filiarij, & quatuor Deānitores, vt aptius diuisio fiat, eli-
gantur tres Consiliarij, & tres Definitores, ita vt quaeli-
bet Prouincia suum habeat Consiliarium, & suum Defi-
nitorem. Dignitates autem Præpositi Generalis, Vicarij Ge-
neralis, & Procuratoris Generalis hoc ordine distribuantur,
vt cuilibet Prouinciæ per turnum semper vna ex his conser-
tatur. Procurator vero Generalis functus officio, sit ipso iure
per subsequens triennium Consiliarius suæ Prouinciæ, nisi eli-
gatur Præpositus Generalis, aut Vicarius Generalis, aut Pro-
vincialis. Porro nemo possit esse Superior in aliqua Prouin-
cia, qui filius eius non sit. Et quidem qui iam professi sunt, in-
telligantur esse filii eius Prouinciæ, in qua nati sunt: Sed qui
in posterum professionem emittent, eius Prouinciæ filii cen-
seantur, & sint, in qua ad Religionem admittentur, & in qua
professionem emittent. Quilibet tamen sine vlo discrimine
subditus esse possit in qualibet cuiusvis Prouinciæ Domo, sal-
ua eius capacitate. Nemo quoque vlo modo possit esse Su-
perior in eadem Domo nisi per triennium, quo elapso alterum
integrum triennium elabi debeat, priusquam ad eiusdem
Domus regimen sub quouis titulo, siue Superioris, siue Vica-
rii admoueatur. Qui verò in proximo Capitulo Generali
anni MDCLXII. reperientur aliquam Domum gubernasse
per trienium, aut vltrà, quouis demum titulo Superiores fü-
rint, à prædictæ Domus regimine remoueantur. Cæterū Pa-
tres Definitorii ceteris quibuscumque præcedant, & si quan-
do contingat eos Subditos esse in aliqua Domo, immedietè
post Superiorum Domus sedeant. Visitatores verò Prouin-
ciarum in posterum Præpositi Prouinciales appellantur, &
quilibet habeat potestatem ordinariam supra quamlibet Do-
mum suæ Prouinciæ. Decernentes pariter easdem præsentes
literas, & in eis contenta quæcunq. nullo vñquam tempore
de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu inten-
tionis nostræ, aut interesse habentium cosensus, aliouè quoli-
bet.

bet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, im-
pugnari, infringi, retractari in controvërsiam vocari, aut
ad terminos iuris reduci, seu aduersus illas apertioñis oris,
restitutionis in integrum, aliuduè quodcumque Iuris, facti,
vel gratiæ remedium impetrari, seu intentari, aut impetrato,
vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus
concesso quempiam in iudicio, vel extra illud vti, seu se iuu-
re posse. Sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas,
& efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtainere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore
quandcumque spectabit, in uolabiliter, & inconcussè obser-
uari; Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis
per quoscumque ludices Ordinarios, & delegatos, etiam Cau-
farum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Car-
dinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nun-
cios, aliosque quolibet quavis auctoritate, & potestate fungé-
tes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,
& definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quo
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigeri
attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit
Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo
iure quæsito, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, nec non dictæ Congregationis Clericorum Re-
gularium de Somasca, eiusque Prouinciarum, Domorum,
Collegiorum, & locorum quorumcunque, aliisque quibusuis
etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia
firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis
quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Congregatio-
ni, eiusque Prouinciis, Domibus, Collegijs, & locis, ac Su-
perioribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verboru-
tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis
clau-

clausulis irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita obseruata exprimerentur, et infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiores sub Annulo Piscatoris, Die 23. Decembris, MDCLXI. Pontificatus nostri Anno Septimo.

S. Vgolinus.

F I N I S.

V E N E T I I S, M DC L X V.

Typis Capi Francisci Bodij.

De Licentia Superiorum.



Moulin pag. 106 198

